



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

Liber LXXXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)



HISTORIÆ  
ECCLESIASTICÆ  
LIBER LXXXVIII.

MARTINUS IV. DEIN HONORIUS IV,  
TUM NICOLAUS IV, SUMMI  
PONTIFICES.

RUDOLPHUS I OCCID. ANDRONICUS II  
ORIENT. IMPP.

§. I.

*Expeditio sacra contra Petrum Ar-  
ragonie Regem.*

Initio ejusdem anni 1283 Papa Marti- Sæcul. XIII.  
nus IV ad Cardinalem Gerardum Le- A. C. 1283.

gatum suum apud Carolum Siciliae Re- Rayn. 1283.  
gem epistolam dedit, in qua sic loquitur: n. 2.

L 3 Hujus

Secul. XIII. Hujus Principis bellum contra Regem  
 A. C. 1283. Arragonum est causa Dei, quia illius ho-  
 stium perfidia ferendis terræ sacræ sup-  
 petiis, quam Deus sibi omnium charissi-  
 mam esse in litteris sacris indicat, impe-  
 dimenta infert, ac Siciliam ejus sponsæ,  
 Sanctæ Ecclesiæ, propriam aggreditur.  
 Exsurgat igitur Deus, eosque celeri vin-  
 dicta præveniens, pro se pugnantem per  
 potentiam brachii sui protegat! Nos eis  
 spirituale subsidium parare statuimus. Id-  
 circo in Dei misericordia, & Sanctorum  
 ejus Apostolorum autoritate confisi,  
 Christianis omnibus, qui Ecclesiæ ac  
 Siciliæ Regi contra Regem Arragoniæ  
 Petrum, Siculosque rebelles, ac eorum  
 socios præsto erunt, & hac pro causa in  
 aliquo certamine occumbent, omnium  
 noxarum, de quibus doluerint ex ani-  
 mo, & quas ore confessi fuerint, ve-  
 niam largimur tantam, quanta conce-  
 di solet Palæstinam adjutum euntibus  
 & has litteras in cunctis legationis  
 tuæ locis, ubi censueris opportunum, pro-  
 mulgari volumus. Dabat Urbe Veteri  
 13 Januarii.

§. II.

*Rex Petrus Regi Carolo certamen sin-  
 gulare offert.*

**C**um Rex Franciæ Philippus Audax  
 vali-

validum auxilium in Apuliam Regi Ca-  
 rolo patris suo misisset, Rex Arragonum  
 metuens, ut contra vires tam magnas  
 parta tuendo par esset, Carolo, cujus in  
 genium generosumque noscebat ani-  
 mum, dirimendæ controversiæ suæ cau-  
 sa singulare certamen centum (Regibus  
 comprehensis) ex utraque parte Equitum  
 primo Junii in plana ad Burdigalam ter-  
 ra neutrarum partium, quippe ad Regem  
 Angliæ spectante, ineandum obtulit ita,  
 ut, qui victus esset, aut in edictum locum  
 non venisset, perpetua flagraret infamia,  
 & dignitate nomineque regio careret.  
 Carolus honorem suum postulare ratus,  
 ut ne renueret talem provocationem, ac-  
 cepit eam & nunciavit Papæ: qui, cum  
 rescriberet, eum in hunc laqueum inci-  
 disse admodum miratus, acerbis castiga-  
 tum verbis ab exequenda promissione a-  
 vertere pro viribus studuit.

Primum declarat nullam, quippe il-  
 licitam instar certaminis singularis per  
 Ecclesiæ leges vetiti. Absolvit Carolum  
 a jurejurando, quo is sponsonem con-  
 firmaverat. Hortatur & imperat, ut o-  
 mittat omnia, quæ tanquam consequen-  
 tia facere posset; alioquin ille anathema  
 huic imitatur. Mittit ei Benedictum  
 Cajetanum Cardinalem de S. Nicolao,  
 ut rem ipsi explicet fufius, & ob oculos  
 ponat periculum, quod suis terris per

L 4

absen-

Sæcul. XIII.  
A. C. 1283.

Duchefne  
to. 5. p. 541.

Acta post  
Marc. Hisp.  
p. 579.

Rayn. 1283.  
n. 12.

Sæcul XIII. absentiam suam crearet. Dabat 6 Febr.  
 A.C. 1283. Sed honoris studium potiores in animo  
 Caroli partes obtinuit, qui adiit Fran-  
 ciam, ut in loco edicto compareret.

## §. III.

*Papa Regem Arragonum ex-  
 thorat.*

to. II. conc.  
 p. 1197.

Rayn. n. 15.

Sup. Lib. 87.  
 §. 66.

Interim Papa suas contra Regem Petrum  
 minas exequens edidit litteras, in  
 quibus cum meminisset duarum, quas an-  
 no priore diebus Ascensus Domini &  
 dedicatæ S. Petri basilicæ pervulgasset:  
 adjungit: Petrus Arragoniæ Rex ac re-  
 belles Siculi nulla harum monitionum  
 inhibitionumque, ac minarum ratione  
 habita scelestam molitionem suam profes-  
 cuti sunt ardentius. Ne igitur commi-  
 nationes nostræ in contemptum veniant,  
 si non dentur executioni, per hanc sen-  
 tentiam ex consilio nostrorum Fratrum  
 Cardinalium latam eundem Regem Pe-  
 trum regno Arragonio, cæterisque pos-  
 sessionibus suis, & dignitate regia priva-  
 mus, ac terras ejus catholicis exponi-  
 mus occupandas, prout apostolica Sedes  
 statuerit. Illi subditos declaramus ab-  
 solutos a juramento fidei: interdici-  
 mus, ne Arragoniæ regimini ullo modo se im-  
 misceat; & nequis ecclesiasticus aut  
 profanus cujuscunque dignitatis ei hac in  
 re

re faveat, vel eum agnoscat Regem, aut ei pareat, vel ullum præstet officium. Sæcul. XIII.  
A. C. 1283.

Additæ sunt omnes clausulæ, quas juris canonici peritorum subtilitas invenire potuerat ad muniendam hanc sententiam, quæ pronunciata fuit Urbe Veteri in platea templi principis 21 Martii 1283. Difficultatem in ea exequenda habitam historiæ series docebit.

Quia ad pugnam centum Equitum contra centum alios terra Regis Anglorum Eduardi destinata fuerat, Papa per *conc. p. 1148.  
Rayn. n. 7.*

epistolam 5 Aprilis scriptam hunc Principem, ut actionem tam nefariam pro viribus impediret, precibus & imperio urgebat, proscriptionem, ni pareret, minitans.

In his ejus litteris aliisque omnibus a tempore exauthorati Petri datis iste non dicitur nisi: *Olim Rex Arragonum*. Sed quidquid opponeret Papa, nihil in Carolo, nihil in Eduardo moræ fuit, quo minus pugna fieret. Carolus in viam se dedit Burdigalam versus, quo etiam Rex Franciæ Philippus cum magno Nobilium numero venit ab illo patruo suo rogatus.

Postquam illuxerat edicta dies nempe *Duchesne  
p. 541. 542.* prima Junii 1283, Carolus Regis Angliæ

Prætori se stitit ad dimicandum paratus, ut Petrus Arragonum Rex præscriperat.

Sed is haud comparuit: solummodo dicebatur priore nocte, ut verbo staret, clam adiisse Prætores, a magno comita-

Sæcul. XIII. tu, quem Franciæ Rex adduxisset, se non  
 A.C. 1283. securum fore causatus. Papa etiam Re-  
 Roy. n. 36. gi Eduardo 7 Julii scripsit, ut eum ave-  
 teret ab affinitate, quam cum Rege Pe-  
 tro juncturus erat, Alphonso hujus filio  
 natu majori filiam suam Alienorem de-  
 spondendo. Papa illi exposuit eos esse  
 cognatos in quarto gradu; ac præterea  
 Petrum non Regem amplius, sed præ-  
 scriptum, exauthoratum ac Ecclesiæ ini-  
 micum esse.

Duchesne  
 p. 542.  
 Duboulay  
 p. 463.  
 ex Chr. Ro-  
 thom.

Roy. n. 24.

Rex Carolus in Franciam, ut se Bur-  
 digalam conferret, veniens adduxit Ro-  
 mana ex curia Joannem Choletum Gal-  
 lum, Cardinalem Presbyterum de S. Ca-  
 cilia: qui Papæ Legatus in Franciam  
 advenit die translati corporis S. Benedi-  
 cti 11 Julii. Papa ei postea amplam se-  
 cit potestatem agendi cum Rege Philip-  
 po, tradendique illi pro filiorum aliquo  
 regnum Arragonium & comitatum Bar-  
 cinonensem; de quibus statuendi jus ple-  
 num sibi afferuit, postquam aisdem Re-  
 gem Petrum exuerat. En summam pa-  
 ctionis! Rex Galliæ Philippus eligeret  
 quem volet, e filiis suis, alium ab illo  
 qui patri succedet in Francia: & Lega-  
 tus Papæ nomine Principi conferret re-  
 gnum Arragonium, ut possidendum oc-  
 cupet, jureque pleno ipse ac posterit ejus  
 perpetuo teneant. Diploma hic fuisse ac  
 sigilla.

figillatim præcipit, qua ratione successio <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
 in regno inter liberos novi Regis mascu- <sup>A. C. 1283.</sup>  
 los aut foemineos fieri, & cui deferri de-  
 beat in casu, quo posteritas ejus extincta  
 fuerit. Sancitur, ne Arragonia submit-  
 tatur unquam alii regno, vel in eodem  
 capite cum Francia, Castella, Legione,  
 aut Anglia jungatur; ut in regno  
 Arragonio Ecclesiæ libertas & jura præ-  
 fertim ad electiones collationesque bene-  
 ficiorum spectantia conserventur. Rex  
 Franciæ ac ejus filius, eorumque posteri  
 nullum unquam pactum reddendi Arra-  
 goniam sine consensu Papæ faciant. De-  
 nique novus Rex ac successores ejus se  
 Papæ clientes fiduciarios agnoscant; ei  
 juramentum fidelitatis dicant; & sin-  
 gulis annis die festo S. Petri quingentas  
 nummulorum Turonensium libras nomi-  
 ne census pendant. Nummus Tu-  
 ronensis valebat sex denarios Parisi-  
 nos. Diploma has Legati partes con-  
 tinens datum est Urbe Veteri 27 Au- <sup>Leblanc.</sup>  
 gusti anno 1283. Mirum est Reges <sup>p. 208.</sup>  
 eorumque consiliarios non vidisse, se  
 regna sic e Papæ manibus accipiendo  
 authoritatem dare arrogato ejus juri se  
 ipsos exauthorandi.

Sæcul. XIII.  
A.C. 1283.

§. IV.

*Papa Siculos ad officium reducere conatur.*

*Art. 27. to. 9.*  
*Spicil. p. 240*  
*Sup. lib. 85.*  
*§. 35. art. 23.*

Cum Rex Carolus Siciliam a Papa Clemente IV obtineret, una pacti conditionum fuit, ut Nobiles cæterique regni incolæ eadem libertate fruere, qua gavisi essent tempore Regis Guillelmi II cognomine Boni ex gente Normannorum: & Papa Martinus tunc sacre Sedis in Francia Legatus pactiois hujus administer fuerat: Alia clausula volebat, ut Carolus universas Friderici Conradique ac Manfredi leges ecclesiasticæ libertati contrarias aboleret. Verum adita regni possessione has conditiones parum observabat, nec melius habebat subditos, quam Fridericus & Manfredus. Carolus agnovit quamquam seculo nimium, hanc pacti violationem fuisse præcipuam Sicularum seditionis causam, & in Galliam abiens filium suum Carolum Salerni Principem, quem in Apulia relinquebat, huic populorum offensionis remedium jussit quærere.

*Rayn. n. 41.*  
*42.*

Itaque Princeps 30 Martii an. 1283 mandatum edidit, ut legitimo Regi suo etiamnum fideles subditi ad Papam Martinum e quavis provincia mitterent, qui orarent, ut reduceret bonas consuetudines

nes, quæ Guilielmi II. tempore viguis-  
 sent: promisitque se summo Pontifici ob-  
 temperaturum. Papa auditis Oratori-  
 bus, de causa nondum cognita decidere  
 recusans, Cardinali Gerardo Parmensi  
 suo apud Principem Legato scripsit, ut  
 investigaret sedulo, quanta Siculi subsi-  
 dia Regi Guilielmo solvissent. Post pri-  
 mam illius inquisitionem Papa eundem  
 amplius rem indagare voluit. Ultra non  
 processit negotium sub hoc Pontifice Ma-  
 ximo.

Sæcul. XIII.  
 A. C. 1283.

n. 46.

§. V.

*Censuræ contra Castilienses.*

Eodem tempore, quo Papa Martinus  
 decernebat de regno Arragonio, in-  
 cassum conabatur pacem reducere in Ca-  
 stiliam, cujus Rex Alphonfus desertus  
 fuerat a plerisque subditis cum filio suo  
 Sanctio contra se conspirantibus. Al-  
 phonfus ad Papam confugiens, ei iussit  
 exponi, hoc dissidium Mauris viam ster-  
 nere ad progressus in Hispania religionis  
 damno faciendos: at is ipse eos accerse-  
 bat & Regem Maroci bis adduxit ad fe-  
 rendas sibi suppetias. Orabat igitur Pa-  
 pam, ut Legatum mitteret in Castellam,  
 aut viris quibusdam illic in dignitate con-  
 stitutis præciperet, ut sibi terras adem-  
 ptas restitui, & quam pateretur, insecta-  
 tionem

Rayn. n. 54.  
 Mariana  
 lib. 14. c. 5.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1283.

tionem tolli curarent. Papa 17 Jan. 1283 reposuit sibi non videri mittendum esse Legatum, præsertim cum Præfates & Magistros Ordinum militarium jussisset regni turbis idoneum adhibere remedium, ac nondum ab iis responsum accepisset.

*Rayn. n. 57.*

Ante dies aliquot Sanctio Castellæ Principi per litteras exprobraverat necessum cum Maria in tertio gradu cognata connubium. Imperat ibi, ut eam protinus dimittat; illique anathema & interdictum locis, in quibus idem vel eadem ageret, minatur, reservans sibi necesse si foret, irrogationem graviorum poenarum spiritualium æque ac temporalium. Dabat 13 Jan. Verum Sanctio uxorem retinuit suam, & plures ex illa liberos suscepit, inter alios Ferdinandum successorem postea suum regio in solio.

*Mar. ibid.*

Papa dein expectata documenta probabiliter nactus, Episcopos, Abbates, aliosque Præpositos ecclesiasticos, Magistros Ordinum militarium, Proceres cunctos incolas Castellæ ac Legionis castrorumque Alphonli terrarum jussit tranquillam ei possessionem regiarum urbium, arcium, terrarum, bonorum, juriumque omnium relinquere, jurare fidem, ac reliqua præstare officia; imita vero contra illum foedera quælibet ac societates contra eam juramentis (quæ declarantur in

ta) confirmatas rescindere. Si non o- Sæcul. XIII.  
A. C. 1283.  
bediant, Archiepiscopo Hispalensi, De-  
cano alicui, & cuidam Archidiacono a-  
liarum duarum Ecclesiarum mandat, ut  
Episcopos ac reliquum Clerum ad tem-  
pus exclusos a functionibus, & laicos  
prædiis beneficiis cæterisque bonis,  
quæ ab Ecclesia habeant, privatos pro-  
nuncient. Diploma datum est 8 Aug. Mar. 6. 7.

1283. Illi, quibus Papa rem commiserat,  
omnes Sancti fautores anathemate, &  
cunctas urbes cæteraque ejus partium  
loca interdicto affecerunt. Sanctius qui-  
dem se his censuris minime submit-  
tens, immo executionis Curatoribus pontifi-  
ciis necem intentabat, si in manus ipsius  
inciderent. Sed plures civitates ac Pro-  
ceres permovit censurarum metus, ut ad  
Alphonsum & officium redirent suum.  
Tanto acrius exarsit civile bellum: nam  
partes Sancti semper præstabant vi-  
ribus.

## §. VI.

*Concilium Constantinopolitanum. Vec-  
cus condemnatur.*

**D**ominantes in Græcia Schismatici stu-  
debant vindictam sumere de cunctis  
Præsulibus sub Imperatore Michaële re-  
conciliationem Romana cum Ecclesia  
amplexis: sed suum odium non demon-  
strabant

Sæcul XIII.

A.C. 1283.

Pach. 1.7.

c. 7.

c. 8.

*Sup. Lib. 85.*

§. 46.

strabant præterquam in Joannem Vec-  
cum tanquam præcipuum hujus autho-  
rem rei. Indulgebant reliquis, quin e-  
tiam blandiebantur, ut una cum ipsis in  
ejus perniciem incumberent. Quocirca  
Theoctistus Metropolita Adrianopolita-  
nus, Hi Episcopi, aiebat, sunt lignea ve-  
rucula, quæ nunc adhibent affando Vec-  
co, sed postea in ignem jacent. Schi-  
matici sic adjunctis ad suas partes Epis-  
copis Constantinopoli præsentibus, ad  
præcipue Athanasio Patriarcha Alexan-  
drino, convocabant concilium, in quo  
duo ponebant solia, vacuum alterum, ut  
indicarent locum Josephi Patriarchæ  
Constantinopolitani, qui e lecto suo non  
surgebat amplius, alterum pro Patriarcha  
Alexandrino, qui reapse præsidebat con-  
cilio; illique ipsi sedes ibi capiebant ve-  
lut vicarii ægrotantis Patriarchæ. Ad-  
derant simul Magnus Logotheta Muzal-  
on, Georgius Cyprius, dein Patriarcha  
factus, rhetor Holobolus ab Imperatore  
Michaële tam indigne habitus, pluresque  
alii. Accusatio Vecci versabatur in ejus  
scriptis, quæ velut mali res exempli cat-  
pebantur sine examine fundamenti aut  
doctrinæ, quam continebant; sed alieno  
tempore composita, nec agitandæ quæ-  
stiones illæ, locique Patrum omittendi  
fuisse dicebantur. Muzalon ipse se hu-  
jus criminis reum fassus, contextum a se  
librum

librum concremandam præbuit non errorum causa (nam nullos inesse jurabat in concilio) sed quod doctrinam tractaret. Etiam Magni Logothetæ, qui hunc antecesserat, scriptum quoddam pluraque alia combusta sunt.

Ventum dein est ad Joannem Veccum, qui arguebatur, quod non tantum extra tempus, verum etiam hæreses scripisset, perscrutatus curiose nimium Patres, & in naturam divinam humano altiore ingenio penetrare cupiens. Vocabatur ad concilium, quo accitus etiam populus erat magno strepitu per pulsum æris campani, ut concitaretur ad seditionem, cum primum intelligeret se in impietatem conjectum esse. Veccus sæpius accersitus, ut concilio scriptorum suorum rationem redderet, inducere in animum haud poterat illi se sistere, populi furorem timens. At Magnus Logotheta hujus impetum cohibuit, indicans in Vecco Imperatorem ipsum offensum iri. Tum Vecco significavit eum posse concilium tutissime adire. Ergo venit: occupare locum ultimum ac se defendere jubetur. Sed quæ pro se diceret, nunquam pejus quam tunc acceptum iri videns, Scripsi, aiebat, eo tempore, quo scribendum erat: & fateor alienum fore, si nunc id agerem, quia temdus est mutatum. Antea scripsi, quia

*Hist. Eccles. Tom. XXII,*

M opus

Sæcul. XIII.

A. C. 1232.

AN. 1232. FEBRUARII. 12.

III. Secul. XIII.

A.C. 1283.

  

opus erat, & nemo alius id faciebat. Ad  
 præterita jam redire vultis? Vestra in-  
 quisitio extra tempus est: ac ego perde-  
 rem operam, si me purgarem. Unum  
 duntaxat est, quod declaretis, scilicet an  
 æquum sit hominem per vos accitum ad  
 munus Episcopi non poscentem, immo  
 ne cogitantem quidem, & modo caren-  
 tem Ecclesia, cum ei suam ademerit  
 pastorem legitimum revocando, an pa-  
 sit, inquam, illum saltem manere in gra-  
 du vestris obtento suffragiis. Hæc Ve-  
 cci verba eos acerrime pupugerunt, &  
 nonnulli: Quomodo, inquiebant, tu eris  
 Episcopus præsentem Episcopo legitimo  
 tu qui tuam fidei professionem expones  
 & an orthodoxus sis, monstrare debes.  
 Sic rejecta aspere Vecci propositione ma-  
 antiores facti, ei ad Patriarcham Josephum  
 ducto, ut huic satisfactionem præstare  
 aliquam, insitire: tum confectam a  
 professionem fidei, quin etiam patriar-  
 chatus abdicationem syngrapho sublig-  
 are iussim comiter dimisere. Sed Pa-  
 triarcha Josephus postea rem edoctus eos  
 perperam egisse Præfulem catholicum ad  
 abdicationem sui muneris compellendo  
 eamque non fuisse canonicam iudicavit.  
 Modico post tempore schismatici Josephi  
 nomen usurpantes Imperatori persuaserunt  
 ut Veccum exulatum mitteret in ur-  
 bem Bithyniæ Prusiam; id quod fecit  
 postea.

postquam illi pensionem idoneam assigna-  
verat.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1283.

§. VII.

*Motus Arsenitarum.*

Interea Patriarchæ Arsenii fautores pu-  
tabant sibi utendum tempore ac in-  
dulgentia Imperatoris, ut partes omnes  
jungeret, libertatem omnibus plenissi-  
mam dantis. Relictis ergo latibulis suis  
duce Andronico veteri Metropolita Sar-  
denti huc illuc cursantes concitabant  
populum in Josephum, quem etiamnum  
anathemate Arsenii devinctum perhibe-  
bant. Nec vitabant modo communio-  
nem ejus veluti criminofam, sed & alios  
inde avocabant, ita ut illorum factio pri-  
mum exigua in dies cresceret. Imper-  
ator vivo Josepho non eis favit, quia au-  
dierat minime sperandam esse consensio-  
nem, eosque hunc Præsulem ne Christiani-  
nis quidem annumerandum credere.  
Addebatur hoc schisma etiam Imperio  
periculum conflare: quæ res Imperato-  
rem haud parum sollicitam habebat.

c. 12.

Sup. l. 85.  
§. 54.

Ineunte Martio anni 1283 Patriarcha

c. 13.

Josephus senio confectus & morbo vi-  
tam posuit, & Constantinopoli in mona-  
sterio S. Basilii sepultus fuit. Imperator  
Andronicus ab eo liber Arsenitas, quibus  
facillimum ad se aditum dabat, Græcis

M 2 reli-

**Sæcl. XIII.**  
**A.C. 1283.**

reliquis reconciliare vehementius & omnium rationum genere conabatur. Quippe metuebat eos, & quamvis tuendam Josephi famam & honorem ejus memoria habendum prætexeret, reapse suis rationibus consulebat, probe gnarus sibi dubiam reddi coronam posse, si is, a qua eam accepisset, non fuisset Episcopus, sed simplex laicus, immo constrictus anathemate. Hæc Pachymeri verba indicant Græcos existimasse, Imperatorum sacrum coronationem plus esse quam meram ceremoniam.

Contra Arsenitæ mederi suspitionibus Imperatoris volebant, sejunctionemque suam etiam per miracula probare legitimam, & voluntatis divinæ indicationem. Hoc sine postulabant quoddam Constantinopolis templum peculiare, ubi suas fundere preces possent: nam omnes dicebant profanata per illos, quibus cum Josepho fuisset communio. Imperator eis tribuit templum Sanctorum omnium grande ac elegans, sed tamdiu clausum, ut pauci essent, qui peractum ibi divinum meminissent officium. Illic conventus agebant suos, & custodiendas sedulo portas curabant, nequis illorum intraret, quos putabant diris devotos, & Imperator sæpe illuc mittens aliquos suam illorum curam monstrabat; quæ eisdem eis addebat animos.

Cogita

Cogitabant igitur partes suas confir-  
mare per miraculum simile illi, quod Chal-  
cedone de S. Euphemia narrabatur. Ut  
enim Græci tunc credebant; cum quar-  
tum concilium generale in Sanctæ hujus  
templo habitum hæresim Eutychetis ac  
Dioscori condemnasset, Patres decretum  
concilii in papyro scriptum apertæ ca-  
psæ, in qua S. Euphemiæ corpus erat,  
indiderunt: & illa chartam extensa ma-  
nu prehensam osculata reddebat Episco-  
pis. Verum est nec acta concilii Chal-  
cedonensis, nec aliquem illius temporis  
scriptorem de hoc miraculo loqui. At  
erat celebre ætate Imperatoris Andro-  
nici: Græcique de illo mentionem fa-  
ciunt undecima Julii suo in Menologio;  
ubi asserunt ambas fidei professiones il-  
lam in capsam esse immissas, & hac post  
dies aliquot reclusa alteram hæretico-  
rum sub Sanctæ pedibus, catholicorum  
alteram in ejus manibus fuisse.

Cum igitur Arsenitæ simile sperantes  
miraculum, ut alios suis adjungerent par-  
tibus, ab Imperatore sanctum corpus a-  
liquod petiissent, illud S. Joannis Dama-  
sceni eis tradidit: ac ne fraus aliqua in-  
tercederet, cistam, cui scripta sua indi-  
derant, includi alii arcæ, istamque sera  
muniri ac sigillo jussit. Posuerant vero  
scripta sua ad Sanctæ pedes, ac inter  
manus ejus repertum iri ajebant. Ergo

M 3

Jeju-

Sæcul. XIII.

A. C. 1287.

Sup. lib. 28.

§. I.

Const. Tit.

ap. Sur.

2. Jul.

an. 451. n. 122

123. Tillem.

to. 5. p. 409.

182  
A.C. 1283  
Sæcul. XIII.

jejunium colere, precari Deum, & noctes  
cantando agere. Andronicus interim  
cogitabat in rebus illis, quas Deum indi-  
care sibi cuperent, forsitan esse quæstio-  
nem aliquam, quæ suum Imperii jus con-  
troversum redderet: ita enim audierat.  
Quocirca id experimentum faciendi co-  
piam revocavit subito, misitque, qui eis  
hæc diceret: Cessarunt pridem mira-  
cula; religio satis est stabilita: habe-  
musque sacras litteras & Patres, qui  
nos doceant, quid Deus a nobis po-  
scat; secundum responsonem, quam A-  
braham diviti helluoni dedit. Sic  
impedito Arsenitarum consilio Impera-  
tor Josephi partibus tanquam melioribus  
addictior mansit: nec tamen proterus  
rejecit alteras multitudine sua specta-  
biles.

Luc. 16. v. 26.

§. VIII.

Georgius Cyprius Patriarcha Con-  
stantinopolitanus.

Ambabus igitur æquum se præbiturus  
sedi Constantinopolitanæ imposuit  
Georgium Cyprium, quem Josephus  
lectorem epistolæ in sacello imperatoris  
fecerat: sed qui Josephi præscriptionem  
ad gubernandam Ecclesiam secutus non  
est. Inter Latinos in Cypro natus, cum  
viginti annos haberet, inde Constanti-  
nopolim

Pach. c. 14.  
Cang. Gloss.  
gr. p. 110.  
Gregor. l. 6. c. 11.

nopolim transiit sua perfecturus studia: ibique ita profecit, ut inter doctissimos seculi sui homines merito numeraretur. Per laborem suum repererat inter alia veterem linguæ Græcæ puritatem diuturna oblivione obrutam. Educatus inter Latinos a teneris unguiculis Ecclesiæ catholicæ doctrinam didicerat: & sub Imperatore Michaële reconciliationem cum primis urgebat. Sed non constabat sibi sub Andronico, qui eum esse Patriarcham voluit, nec consecrari a quoquam Præfulum, qui consenserant in concordiam cum Latinis. Immo ne hoc quidem sibi sumpsit, ut illum solenni more curaret eligi: sed privatim securum se præstitit de suffragiis plurium Episcoporum, inter alios Athanasii veteris Episcopi Sardicensis, cui etiam titulum sui patris spiritualis scripto dedit, ut eum Georgio benevolum redderet.

Haud multo post Constantinopolim venit Episcopus Coziliæ seu Moziliæ, sedis aliunde incognitæ, ex Ætolia per Despotam Nicephorum missus. Hunc Præfulem tanquam concordie cum Latinis nequitiam participem Imperator novo Patriarchæ inaugurando idoneum censuit eo magis, quod illius sedes metropoli Naupacto, hæc Constantinopoli subiecta esset. Quapropter hic Episcopus mense Martio, quo Josephus decesserat,

M 4 Geor-

Sæcul. XIII.

A C. 1283.

Allat. conf.

P. 775.

Pachym. l. 5.

c. 20.

Id. l. 7. c. 14.

Saecul. XIII. Georgium Cyprium in Praecursoris coe-  
 nobium, duxit, cuius in vinea templum  
 ubi nemo sacris operabatur, inveni-  
 illum ex homine seculari, qualis erat, mo-  
 nachum, ac ex lectore Diaconum fecit.  
 Georgius monasticam vestem induens  
 mutabat nomen, ac Gregorius dici vo-  
 luit. Eodem die Imperator eum decla-  
 ravit Patriarcham Constantinopolitanum  
 de tribunali suo pro veteri more pasto-  
 li pedo insigniens. Ab illo tempore  
 functiones cum sacerdotio haud conne-  
 xas exercuit.

Post haec Episcopus Coziliensis roga-  
 tu Gregorii in Heracleensem Thraciae  
 Metropolitam consecravit monachum  
 Germanum discipulum Acacii hominis  
 probi ac moderati, qui in concordiae ne-  
 gotio alienus a studio partium visus fue-  
 rat: & Germanus ipse vir simplex eruditus  
 ac spiritualibus exercitiis deditus. E-  
 piscopus autem Heracleensis Patriarcham  
 Constantinopolitanum inaugurandi ius  
 habebat. Itaque novus hic Metropoli-  
 Germanus Gregorium in Sacerdotem  
 primo, deinde in Episcopum & Patriar-  
 cham consecravit assistentibus Episcopis  
 Coziliensi & Dibrano in Macedonia. Haec  
 ceremonia fiebat in sacris Palmariis  
 11 Aprilis an. 1283 intra templum S. Se-  
 phiae, cuius altare purgatum est. Tunc  
 circa Gregorium conyenerunt homines

qui schismaticis se submiserant, & incen-  
 so religionis studio abrepti videbantur, sed  
 nesciebant ritus, ac ne loci quidem  
 constitutionem noverant. Excluserant

enim ab hoc actu omnem Clerum ordi-  
 narium, immo conspici nolebant: ni-  
 hilominus cogebantur accersere sacræ  
 suppellectilis custodem, qui duceret ipsos,  
 & observare saltem necessaria ad inau-  
 gurationem doceret. Hoc in sacrificio

de more consecrabantur tres panes, pro  
 tribus primis hebdomadis sanctæ diebus,  
 quibus Græci non consecrant. Exinde  
 novus Patriarcha Imperatorem adiit,  
 reliquas diei ceremonias cum eo per-  
 acturus.

Diebus lunæ & Martis Clerus ite-  
 rum exclusus templo fuit exceptis illis,  
 qui cum Patriarcha erant. Die Mercurii  
 Clero dari debebat absolutio. Sed  
 de modo eam largiendi tamdiu delibera-  
 tum est, ut tempus sacrificii præsanctifi-  
 catorum, ut vocabant, efflueret. Tan-  
 dem vocabatur Clerus ad magnam tem-  
 pli portam: populus, quem schismatici  
 studio religionis ardentissimum crede-  
 bant, a latere utroque stabat: Clerus  
 prostratus petebat veniam, eique licuit  
 intrare templum & adesse officio. Sed  
 hoc sub primas tenebras finito sacrum  
 omisum fuit, seu quod sero nimium esset,  
 seu quia Clerus nondum videbatur ad sa-

Sæcul. XIII.  
 A. C. 1283.

v. Cang.  
 gloss. eccle-  
 siast.

quod u  
 in Joh  
 in Joh  
 in Joh

1283. 1283.

Secul. XIII.  
A. C. 1283.

v. Cang.  
gloss. lat.  
Osculum.  
c. 16.

cram communionem accipiendam se purgatus. Cujus rei indicio erat illud quod postridie factum est. Hoc enim die Coenæ dominicæ sacro Patriarcha rem divinam conficiens, panem, quem de thro clam afferri curaverat, divisum in frustula nec consecratum pro communionem præbuit recens in gratiam receptis: quæ rem postea compertam supra quam credi potest, indignati, manere se mala graviora jam tum senserunt. Die Paschatis Christiani omnes pro more Ecclesiæ Græcæ in signum charitatis sibi mutuè pacis osculum dabant: & postera die quæ hoc anno 1283 decima nona Aprilis erat, congregatus cum Episcopis Cyprius hoc sanctum osculum sibi ferebat invicem. At ista reconciliatio nihil profectus habebat.

§. IX.

*Concilium Blaquernense. Episcopum exauthorati.*

*Sup. l. 85. §. 9* Eodem die secundo Paschatis promulgabatur edictum, quo Andronicus Chalazam Episcopum Sardicensem, quæ alias relicta sede sua sub nomine Athanasii monachum induerat, Imperator suum patrem spirituales declarabat; seque authoritatem dare cunctis sanctionibus, quas hic Præsul faceret in concilio Blaquernensi.

Blaquernis ad Nostram Dominam cele- Sæcul. XIII.  
brando coram Patriarcha Gregorio ac A. C. 1283.

Michaële Strategopulo Imperatoris Le- Gregoras  
gato; & illos, qui se concilii hujus de- l. 6. c. 5.

cretis opposuerint, læsæ majestatis reos  
pronunciatum iri. Proinde huic concilio  
præsidebant Patriarcha & Episcopus  
magno schismaticorum numero stipati:  
altera in parte confederant ministri im-  
peratorii ad exequenda illorum imperia  
parati. Accersebantur Episcopi judican-  
di: & totum, quod audiebatur, erat:  
Advocetur iste N. Arguebatur in fa-  
ciem, quod canones violasset: interdum  
actores erant monachi, qui se vexatos  
querebantur. Mox Judex aiebat: Ab-  
ducatur! Hic impius, addebant alii: &  
Imperatoris ministri manibus pedibusque  
vinctum cum ignominia trahebant foras.  
Anathema contra miseros Præsules cla-  
mabant monachorum aliqui: alii sacras  
eorum trabeas lacerabant velut indigno-  
rum, qui eas gererent.

Hæc per hebdomadem Paschatis fie-  
bant, & nemo hanc sævitiam vitare po-  
terat. Patriarcha Gregorius rem non  
probabat, & plerumque ad diversam pro-  
pendebat sententiam; sed a cæteris ab-  
ripiebatur: nec tegebat animum, cum oc-  
culte diceret, hoc concilium esse con-  
ventum pravorum hominum. Illos, qui  
se non sistebant ultro, Imperatoris mini-  
stri

Sæcul. XIII.  
A. C. 1283

stri per vim adducebant. Sic agebatur cum Theodoro Metropolita Cyziceno, qui in monasterium Præcursoris se abdiderat non tam abrogandæ sibi dignitatis, quam injuriarum metu abrogationem comitantium. Affirmabat igitur, se inde non exiturum: & cum missi essent sæpius, qui eam abstraherent, in sacrum adytum templi & sub mensam eucharisticam confugit, ita, ut ministri re infecta redire cogerentur. Die has inter contentiones elapso Judex (Episcopum Sardicensem intelligo) surrexit, postquam Patriarchæ modum præscripserat, quo puniret absentes. Igitur contumaciæ damnati hoc sibi solatii proponebant, quod jacturæ muneris injuriæ non accesserint.

c. 19.  
v. Not. Poss.  
p. 522.

Hoc ipsum concilium ab Imperatrice Theodora Andronici matre poposcit, ut suam fidei professionem, ac nuncium concordiae cum Papa remissum scripto daret, ac promitteret, se nunquam petiram, ut Imperator Michaël suus maritus cum precationibus ecclesiasticis humaretur. Compensationis gratia permisit concilium, ut illa publicis in precibus nominaretur una cum Imperatore suo filio. Postulavit etiam ab Athanasio Patriarcha Alexandrino, ut Episcopos ab honoris gradu esse merito dimotos agnosceret, atque consensionem cum Papa ob suam  
cum

cum illius fautoribus communionem re-  
 texeret: nec nisi hac lege spondit eum  
 dipthychis cum Patriarchis insertum iri:  
 at ille his excludi maluit. Theodosius  
 Patriarcha Antiochenus cognomine Prin-  
 ceptus, quamvis se hujus concilii acta con-  
 temnere palam dixisset, sibi tamen me-  
 tuens, inscio Imperatore suam patriar-  
 chatus abdicationem in Syriam misit.  
 Nam hi duo Patriarchæ Alexandrinus  
 & Antiochenus residebant Constantino-  
 poli; & Latini etiamnum Tripolim, Pto-  
 lemaidem, ac plura Syriæ loca posside-  
 bant. Græci Ecclesiæ Antiochenæ ac-  
 ceptis Theodosii litteris una omnes voce  
 elegerunt Arsenium a S. Simeone virum  
 venerabilem ac pro sancto habitum,  
 quem Constantinopolitani suam in com-  
 munionem receptum in dipthycha re-  
 tulere.

## §. X.

*Continuatio actorum contra Regem  
 Arragoniæ.*

Censuræ, quas Papa Martinus Petro  
 Arragonum Regi, ac terris ejus irro-  
 gaverat, effectum habuere nullum. Non  
 Rex modo & Optimates cæterique laici  
 eas spernebant, sed Episcopi etiam,  
 Clerusque, ac Religiosi cunctorum Or-  
 dinum. Non se proscriptos credebant,  
 nec

Rayn. 1284.  
 n. 10.  
 Indic. Ar-  
 rag. p. 127.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1284.

nec observabant interdictum. Rex iudicium Papæ Martini respuens appellatus ad Papam non suspectum: & inhibitionem, ne Arragoniæ Regis titulum sibi adscriberet, irrisurus, se Equitem Arragonium, patrem duorum Regum, ac Dominum maris dicebat. Papa id eodem die dedicatæ S. Petri basilicæ Romanæ 18 Nov. 1283 publice declaravit, se, postquam illorum contumaciam contempserit certius, eas de iisdem poenitentiarum sumpturam, quæ alios in officio contemnant. Tam Narbonensem Archiepiscopum rem indagare sedulo ac sibi nunciare iussit. Litteras ad eum dabat 1. Jan. 1284.

*Duchesne*  
to. 5. p. 542.

Exhaustis poenis spiritualibus comminationes exequendas nihil supererat præter armorum vim bellumque perturbatum. Et vero hanc viam Papa in partem sollicitationes Cardinalis Cholleti in Francia Legati. Nam Rex Philippus Audax sub Natalem Christi anno 1283 magnum Parisiis Senatum habuit, in quo regnum Arragonium pro secundo filio suo Carolo accepit sic rogante per Cardinalem Pontifice Maximo. Hic Regis occupandæ Arragoniæ causa ecclesiasticorum proventuum decimam concessit & Legatus sacrum classicum contra Periculum cecinit. Philippus cruce in duens suo exemplo permultos Nobiles

aliosque subjectos traxit. Idem cum re-  
 gno Arragonio & comitatu Barcinonensi  
 etiam regnum Valentinum Caroli filii  
 sui nomine accepit per litteras publicas  
 21 Febr. 1284 datas; & summus Ponti-  
 fex per diploma quinto Maji sequentis  
 editum & octo Cardinalium syngraphis  
 munitum confirmavit omnia. Eodem  
 tempore Cardinalis Choleti legationem  
 extendit in regna Navarrense, Arrago-  
 nium, Valentinum, Majoricanum; in  
 provincias ecclesiasticas Lugdunensem,  
 Vesuntinam, Viennensem, Tarentasinam,  
 ac Embrodunensem; in dioeceses Leo-  
 diensem, Metensem, Virodunensem, &  
 Tullanam.

Papa etiam Cardinalem Gerardum  
 Parmensem suum Legatum in Sicilia, ni-  
 mirum in hujus parte Regi Carolo etiam-  
 num parente populos ad sacram militiam  
 contra Petrum Arragonium animare  
 jussit per litteras 2 Junii datas, in qui-  
 bus queritur, mutationem Siciliae hære-  
 ticis eo confugiendi occasionem præbuis-  
 se, ibique illos defendi contra Inquisito-  
 res, qui regionem tuto ingredi non pos-  
 sent; hæreticos in dies illic augeri, & sim-  
 plicium fidem corrumpere.

Cardinalis Gerardus tunc versabatur  
 apud Carolum Salerni Principem, qui ab-  
 sente Rege patre suo imperabat. Erat  
 Neapoli, cum ibi Rogerius Loria Arra-  
 goniae

Sæcul. XIII.  
 A. C. 1284.

Rayn. 1284.  
 n. 5.

ibid. n. 4.

n. 2.

J. Villanb.

l. 7. c. 92.

Ptol. Luc.

ap. Rayn.

n. 14.

Duchef. 543.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1284

goniæ classis Præfectus 5 Junii cum quadraginta quinque tum triremibus tum aliis navibus comparuit. Subibat portum clamans, & Gallos ad pugnam provocans verbis Caroli Regis contemptum monstrantibus: quin etiam tela in terram conjici volebat Principem ad prælium inducturus. Is continere se non poterat, quanquam eum Rex pater suus per nuncium expresse jussit a pugna usque ad suum reditum abstinere. Legatus quoque pro viribus eam dissuadebat: sed non auditus coram viro publico cum gerente munus scripto declaravit rem se repugnante fieri. Princeps ad triremes delatus suas certamen iniit, in quo captus Messanam perductus est.

## §. XI.

*Regis Alphonfi leges.*

Alphonfus Sapiens Castiliæ Rex mensis Aprilis hujus anni 1284 Hispaliæ regni cessit, postquam annos triginta duos regnaverat. Is fuit primus, qui præter cæterasque litteras publicas verbis Hispanicis scribi juberet. Sacrum codicem Hispanicè reddi voluit. Eodem tempore, ut tunc erat, confici curavit corpus legum ex præcepto & intentione patris sui Regis Ferdinandi. Divisum est in septem partes, unde id vocabant *Las*

*Sup. lib. 83.*  
§. 1.

*Mariana*  
l. 14. c. 7.

*Prologo.*

*siete partidas.* Alphonsus quinto sui regiminis anno nempe 1251, vigesima tertia Junii hoc opus inchoari voluit, & intra septem annos fuit absolutum. Documenta potius quam leges tractat: & prima pars materias religionis continens Theologiæ ac juris canonici compendium est. En illa, quæ mihi pro instituto meo memorabiliora videntur.

Pœnam solennem imponit Episcopus die cinerum exterminando pœnitentes e templo inter præscriptas preces ac ceremonias. Archipresbyter eos Episcopo sinit die cœnæ dominicæ hoc anno & sequentibus, donec eorum pœna completa fuerit. Tum verò intrant templum, & reconciliantur. Pœna publica irrogatur coram Ecclesia, sed per Sacerdotem & minus solenniter. Pœnitens jubetur sacram peregrinationem obire una cum baculo viatorio longiore ac veste, quam scapularem vocant, vel alia distincta a reliquis; aut namellam ferream circa brachium vel collum gerere; aut coenobio inclusus ætatem agere. Quivis Parocho suo conscientia maculas patefacere debet. In periculo mortis etiam homini profano fieri confessio potest, quæ utilis est, quanquam is nequeat absolvere. Episcopi condonant noxas pro constructione templi, aut pontis, vel pro aliis operibus bonis. Sacerdoti eodem

Sæcul. XIII.  
A. C. 1284.

1. part. tit. 4.

l. 18.

l. 20.

l. 21. 22.

l. 29.

l. 45.

l. 50.

*Hist. Ecclesiast. Tom. XXII.*

N dem

Sæcul. XIII.

A. C. 1284.

dem die bis sacrificare licet certis in casibus; ob exequias, diem anniversarium, nuptias; ut Episcopi, Regis, vel alius Domini magni pietati satisfaciat. Aliter semper convenit illum esse jejunum, nec sumpsisse calicis expurgationem. Siquis Judæus vel Maurus SS. Eucharistiæ ad ægrum portatæ fiat obvius, genua humiliter ponere Christianorum instar, aut delectere de via debet, alioqui triduo futurus in carcere.

tit. 5. l. 5.

Papa præ reliquis Episcopis prærogativas habet varias. Nam potest eos exauthorare, in pristino gradu reponere & par esse si judicet; ad aliam transferre Ecclesiam; Archiepiscoporum, Patriarcharum, seu primariorum Præsulum jurisdictione eximere, illorum abdicacionem accipere; Clericos ab Episcopis excommunicatos in integrum restituere. Potest ex una dioecesi duas, ex duabus unam facere, Episcopum Episcopo subrogare, episcopatum novum erigere. Potest votis petendi Hierosolymam, aliarumque peregrinationum laxamenta dare; juramentorum religione, ut perjuria evitentur, atque legibus in natalium vitiis & in ætate minore solvere ad obtinendos Ordines ac beneficia. Potest convocare, dum libet, concilium generale in quo Episcopi omnes comparere debeant. Etiam Principibus imperare potest.

potest, ut veniant, vel idoneos mittant viros, quando de tuenda vel augenda fide agitur. Potest ad honorem ac emolumentum Ecclesiæ sanctiones facere in rebus spiritualibus, cunctique Christiani eas observare tenentur. Potest beneficia Clericis adimere, & conferre, aut promittere per litteras suas, antequam vacent.

Anathemata ab aliis prolata dissolvere potest; sed nemo alius illa, quæ ipse per se aut per delegatos dixit. Ab eius sententia nemo appellare, & ille solus judicare potest appellationes ad tribunal suam delatas. In quavis materia ecclesiastica ad eum proxime provocari potest. Ad possidenda simul plura beneficia etiam cura animarum prædita, & sacrilegi mercatus reis gratiam legum potest facere. Ad illum solum afferendæ sunt causæ majores, veluti quæstiones de Fide.

In Hispania, quoties decessit Episcopus, Collegii Decanus id nunciare Regi, ad electionem procedendi copiam petere, ac Ecclesiæ vacantis bona ei commendare debet. Ille hæc custodiri, ac electo Episcopo, postquam se ipsi stitit, tradi curat. Lex ait hanc prærogativam Hispaniæ Regibus obvenisse ob ereptam Mauris regionem, conditasque aut dotatas Ecclesias. Sed vidimus Franciæ Reges

Sæcul. XIII.  
A. C. 1284.

l. 18.

Sup. lib. 53.  
p. 33.

Sæcul. XIII. ges a tempore secundæ stirpis hæc jun  
 A.C. 1284 possedisse sine talibus victoriis.

tit. 6. l. 50.  
 &c.

l. 56.

l. 57.

l. 58.

l. 59.

Cleri libertas & privilegia his  
 legibus fusissime enumerata reducuntur  
 maxime ad securitatem ejus, & immuni-  
 tatem a tributis & locorum oneribus, que  
 bus obnoxii sunt urbium arciumque  
 incolæ. Jurisdictio ecclesiastica com-  
 plectitur omnes materias ad forum  
 eorum spectantes, nempe decimas, primicias  
 & donationes, matrimonia, statum  
 hominum, electionem Præsulis, jus  
 nominationis seu patronatus, sepulturas, be-  
 neficia, censuras ecclesiasticas, constitu-  
 tionem limitum inter Episcopos vel  
 archidiaconos, Sacramenta, quæstiones  
 Fide. In re profana Clericus debet  
 re Judicem ecclesiasticam etiam petere  
 causa, si alium impugnat Clericum;  
 solius defensionis gratia, si contra laicum  
 stat. Judex ecclesiasticus cognoscit  
 omnes causas versantes in hæresi, sacro-  
 rum nundinatione, perjurio, usura, adul-  
 terio, connubio irrito, sacrilegio.  
 Reges cæterique Principes profani  
 debent suam potentiam adhibere ad con-  
 cenda ecclesiasticorum molimina re-  
 gioni noxia: veluti si quis pro Papa  
 gereret legitime non electus; si quis  
 rorem contra fidem defenderet; si quis  
 schisma faceret. Clericus anathematis  
 usque adeo spernens, ut per anni  
 tri

tium eo devinctus hæreat, per jacturam  
 tuorum bonorum omnium compelli po-  
 test, ut se submittat Ecclesiæ. Cunctis  
 in his casibus Clerici amittunt sua privi-  
 legia, per quæ jurisdictione profana sunt  
 exempti. Prohibetur etiam, ne laici  
 contra Præsules se proscibentes confur-  
 gant, & pactiones inter se foederaque  
 ineant, ut vindictam sumant, illisque com-  
 munionem suo modo adimant, si eos  
 eorumque domesticos in urbibus suis  
 emere aut vendere, suis in furnis coque-  
 re, in suis molis molere, ex suis fonti-  
 bus aquam, e montibus suis lignum a-  
 sportare non patiantur. Qui per annum  
 ac diem proscriptus manet, declarandus  
 est hæreticus, ac privandus jure nomi-  
 nationis, aliove, quod in templum habet:  
 sui clientes fiduciarii non debent eis pa-  
 rere, nec tributum pendere.

Religiosi, de quibus in hac prima  
 parte longus est sermo, sunt monachi  
 tantum & Canonici Regulares: ibi nul-  
 la fit mentio Fratrum Mendicantium pro-  
 babiliter ideo, quia erant recentes ni-  
 mium, atque de his nihil habebant ca-  
 nones, ac decretales, e quibus hæc leges  
 depromptæ sunt. Contra ibi magnope-  
 re commendantur Parochorum jura tum  
 administrandi Sacramenta, tum sepelien-  
 di mortuos.

Sæcul. XIII.  
 A.C. 1284.

tit. 9. l. 19.

l. 33.

tit. 7.

tit. 13. l. 5.

N 3

In

Sæcul XIII.

A.C. 1284.

In præfatione partis secundæ religio dicitur esse tuenda per potestatem non spiritualem solum, sed profanam quoque tam contra hostes apertos nimirum ethnicos, quam adversum malos Christianos. Ut pateat has duas potestates a Deo institutas esse, adducitur allegoria duorum gladiatorum, de quibus meminit Evangelium: & additur, easdem potestates debere semper conspirare ad obsequium sibi mutuo ferendam: alioqui nec Fidem, nec justitiam durare diu in terra posse. Postea Imperator nemini debere obedientiam fertur præterquam Papæ in rebus spiritualibus. Quæ verba illius non adstrictum volunt ad morem profanis in materiis ei gerendum.

Luc. 22. v. 38

tit. 1. l. 1.

## §. XII.

*Decimæ pro sacra expeditione transmarina.*

Rayn. n. 32.

Bellum sacrum contra Regem Arragoniæ, ac generatim tota Siciliæ recuperationem, quam Papa semper agibat animo: & in qualibet Christiani orbis regione singulares erant difficultates exequendi hoc consilium. Rudolphus electus Romanorum Rex omni operante nitebatur, suam ut potentiam in Germania firmaret, & familiam suam collocaret

ret in statu amplissimo. Castella flagra-  
bat bello civili: Italia pariter gemebat  
distracta diffidio belli Pisanos inter ac  
Genuenses: Papa Romanos cæterosque  
populos ecclesiasticæ ditioni subjectos æ-  
gre continebat in officio. Undique col-  
ligebantur decimæ, quas ultimum con-  
cilium Lugdunense imperaverat; sed in  
usus alios erant conversæ. Sic apparet  
e Papæ querimoniis de mercatoribus Pi-  
sanis, Lucensibus, & Florentinis, quos ad  
reddendam illarum rationem volebat  
adigere. Papa ipse Regi Siciliae Caro-  
lo magnas concessit summas pecunia-  
rum e decimis Scotiæ, Daniæ, Sueciæ,  
Hungariæ, Sclavoniæ, Poloniæque pro-  
venientium.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1284.  
n. 15. 16. 17.

Rayn. 1283.  
n. 5.

Solus Anglorum Rex Eduardus mit-  
tendis Terræ sacræ suppetiis par esse vi-  
debatur. S. Ludovicum in cruce in-  
duenda, & in Tunetano itinere secutus,  
eoque redeunte profectus in Palæstinam,  
anno uno ac dimidio ibi manserat. Ita  
per se ipsum noverat statum regionis, in  
qua res Christiana in dies deficiebat. Si-  
gnificabat identidem se illuc reversurum.  
Sed anno 1282 Papam oravit, ut Angliæ  
decimam terræ sacræ destinata ipsius  
fratri Edmundo permetteret, qui accepto  
tunc Campaniæ Comitis titulo, Palæsti-  
nam primo transitu petiturus esset: cum  
ipse, (Rex Eduardus) eo iterum proficisci  
haud

Sup. lib. 85.  
§. 8.

l. 86. §. 15.

**Sæcul. XIII.** haud cogitaret. Papa 8 Jan. 1283 re-  
**A.C. 1284.** spondit se mutatum ejus bonum propo-  
 situm ægre ferre. Cum vero, addebat

**Rayn. 1283.**  
**n. 62.**

**n. 66.**

transeundi tempus nondum sit designatum, & tantam hujus propinquitatem sperare nobis per præsentem regnorum statum non liceat, hanc decimam Comiti fratri tuo jam concedendi necessitatem videmus nullam.

**n. 67.**

Rex, qui sine dubio hanc decimam spe jam devoraverat, non stabat responso Papæ; sed illam occupavit ex auctoritate sua. Collectores a summa Sede constituti eandem bona sub custodia in locis sacris tutisque deposuerant. Rex custodis quantumvis reluctantis reveli figilla serasque, pecuniam omnem auferri, & ubi volebat, reponi jussit. Tunc scripsit Papæ hoc facinus purgare studens. At is probe rem edoctus Archiepiscopo Cantuariensi per epistolam mandavit ut adiret Regem, has pecunias ab eius manibus vindicaturus. Ad ipsum quoque Regem dedit litteras, in quibus hanc audaciam acriter reprehendit, ejus excusationes appellans frivolas; deinde, ut pecuniam protinus reddat, & in posterum talia omittat, præcipit, se, nisi obsequentem habeat, alias initurum vias nitans. Dabat 3 Julii an. 1283.

**Rayn. 1284.**

**n. 33.**

Est credibile Regem Eduardum Papæ hac in re fecisse satis. Is enim se

quente

quente anno comiter excepit Canoni- Sæcul. XIII.  
 cum & virum nobilem Legatos ejus, qui A.C. 1284.  
 nunciatum venerant, fore, ut resumat  
 crucem, Palæstinam adeundi gratia. Pa-  
 pa magnis affectum laudibus ad pro-  
 missum fortiter præstandum animavit per  
 litteras 26 Maji 1284 scriptas. At eo-  
 dem tempore Rex complura postulabat  
 ad decimas attinentia, quæ Papa vidit  
 non carere difficultate. Poscebat ille de-  
 cimas jam collectas in Anglia, Scotia, &  
 omnibus ditionis suæ terris, in Wallia,  
 Hibernia, Vasconia, & Pontinensi comi-  
 tatu per Reginam conjugem suam ad se  
 spectante. Papa reposuit: Si crucem  
 hoc anno Natali Christi die induas, per-  
 mittimus tibi decimas Angliæ, Hiberniæ,  
 Walliæ, quin etiam Scotiæ, dummodo  
 hujus Rex consentiat. Et illas accipies  
 per biennium ante transitus diem, quem  
 sacra Sedes præstituet. Decimæ Vasco-  
 niæ ac Pontinenses jam datæ sunt Re-  
 gi Franciæ ex præscripto concilii Lugdu-  
 nensis. Eduardus volebat in rem suam  
 vertere exactiones, quas collectores de-  
 cimæ fecissent potestatem suam exce-  
 dendo. Papa hoc in casu puniendos  
 collectores & ad restitutionem adigendos  
 dixit. Recusavit etiam nomine decima-  
 rum comprehendere bona morientium  
 sine testamento, & primos fructus benefi-  
 ciorum vacantium. Permisit tamen, ut  
 N 5 Rex

n. 36.

n. 37.

n. 41. Et.

Sæcul. XIII. Rex ad iter transmarinum ante quin-  
A.C. 1284. quennium adstrictus non esset. Is illud  
 prorsus omisit: estque vero simillimum  
 eum præter decimas nihil voluisse.

## §. XIII.

*Species sacræ hostiæ Constantinopolis  
 corrupta.*

**I**mperator Andronicus Palæologus diffi-  
 dentes Græcos schismaticos in con-  
 cordiam reducere semper conabatur.  
 Profectus in Anatoliam, Patriarcham  
 Constantinopolitanum Gregorium cum  
 Pachym. 1.7. fautoribus ejus præcipuis, simulque ad-  
 6. 21. 28. versarum partium, scilicet Arsenitarum  
 primores illuc venire jussit. Adramiti  
 agebant hyemem sumptibus Imperatoris,  
 qui vernum per jejunium hujus anni  
 1284 quavis hebdomade bis cum eis  
 consultabat.

Interea Constantinopoli res accidit  
 quæ pro terribili prodigio habebatur.  
 c. 28. Vigesima Februarii, quæ hoc anno quin-  
 quagesima dies ante Pascha erat (Græci  
 Maur. Da- dominicam casei vocant, quia postrema  
 vid. p. 40. est dies, qua cibos lacte confectos come-  
 dunt) Sacerdos in templo principe solen-  
 ni more sacrificans, peracta re divina vas  
 Augustissimæ Evcharistiæ seu ciborium  
 aperuit, ut immitteret hostias consecra-  
 tas

tas pro tota hebdomade sequente, qua <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
 Græci jejunium vernum incipiunt: nam <sup>A. C. 1284.</sup>  
 diebus jejunii non consecrant, sed sa-  
 crum præsanctificatorum (sic vocant)  
 faciunt, ut nos sexta sanctæ hebdo-  
 madis die solemus. Aperto, inquam,  
 in ciborio Sacerdos vidit hostiam pror-  
 sus corruptam, quæ credebatur esse u-  
 na de tribus anno præterito hebdoma-  
 dis majoris die quarto consecratis, &  
 quæ comesta non fuerat; nam sacrifi-  
 cium non fuit finitum, quia sero ni-  
 mium erat, cum Ecclesiastici absolutio-  
 nem acciperent. Hæc hostia erat a-  
 deo corrupta, ut panis speciem habe-  
 ret nullam, & similior esset theriacæ  
 frustulo ob nigrorem ac duritiam suam.  
 Sacerdos trepidans cum assistentibus  
 deliberabat, quid agendum esset: nec  
 in animum inducebat vel bolum tam  
 nauseosum sumere, vel absolvere sa-  
 crum non immixtis in ciborium hostiis,  
 quas consecraverat. Tandem ex com-  
 muni consilio statuit corruptam indere  
 loco ad usus similes destinato, quem  
 Græci furnum sacrum, nos piscinam  
 dicimus.

Sup.

§. XIV.

Sæcul. XIII.  
A.C. 1284.

§. XIV.

*Specimen per ignes captum inter  
schismaticos.*

c. 21.

c. 22.

n. greg.

Sup. l. 84.  
S. 61.

Imperator nec monitis nec argumentis suis componere gratiam inter partes adversas poterat. Arsenitæ si rationibus humanis cederent, pertinaciæ notam, quod his tamdiu obstitissent, veriti, miracula, quibus de voluntate divina securi fierent, identidem exigebant. Patriarcha aperte in ea non consentiebat: sed per Imperatoris operam duas inter partes convenit, ut Arsenitæ in codice scriberent querelas suas, & quæ ad pacem jungendam censerent necessaria; Josephitæ vero defensiones suas litteris mandarent. Accenderetur ignis magnus, in quem uterque liber conjiceretur: atque si alteruter ibi integer maneret, ambæ partes agnoscerent Deum stare ab hujus scripti authoribus: sin uterque periret, duæ partes similiter redirent in gratiam, & igne absumptam discordiæ suæ materiam crederent. Vidimus experimentum per ignem, aut certe per ferrum candens viginti quinque abhinc annos apud Græcos non extra usum fuisse.

Imperator procurandæ concordiæ causa nulli parcens sumptui eam solam

ob rem confici ex argento focum cura-  
vit: & ut erat hebdomas major, diem

Sæcul. XIII.  
A.C. 1284.

sabbati sancti 8 Aprilis specimini capien-  
do præstituit. Duæ partes ad hanc ac-  
tionem per preces plurimas præparatæ,  
cum dies venisset; libros suos publice  
ac præsentate Imperatore viris probis &  
minime suspectis porrigebant. Quibus  
eos igni tradentibus utraque factio Deo  
servide supplicabat, ut se ipsi faventem  
ostenderet. At ignis suum effectum na-  
turalem habuit; ambo volumina paleæ  
instar conflagrabant: & intra brevius  
quam duarum horarum spatium solus  
eorum cinis supererat. Tum Arsenitæ  
se Gregorium pro Patriarcha suo habere  
Imperatori dicebant. Qui gaudio elatus  
eos e vestigio ad illum duxit pedibus in-  
cedens, quamvis ningeret. Eulogias  
ab illo ipsamque comunem sacram ac-  
cipiebant, ita, ut a schismate suo plane  
in concordiam rediisse viderentur. At  
postero die Paschatis eorum studium coe-  
pit refrigescere: præoccupatos subito a-  
nimos putabant suos: & postquam illo  
die se ægre continuerant, altero fere o-  
mnes reclamarunt.

Imperator se operam lusisse cernens,  
Arsenitarum præcipuos ad colloquium  
vocatos rogabat, quid sentirent de Patriar-  
cha Gregorio. Nesciebant, quid repo-  
nerent. Cogitabant enim mirum fore,

ni

Sæcul. XIII.

A.C. 1284.

Act. 5. v. 4.

ni eum agnoscerent Patriarcham, cum sacram communionem ex manu ejus accepissent: si vero agnoscerent, fore iniquum per speciem mali exempli concordiam ei denegare. Denique fatebantur eum esse Patriarcham. Ergo Imperator illum produxit: abdiderat enim in proximo pontificiis ornatum vestibus. Gregorius ab Arsenitis agnitum se videns, violatam promissorum fidem eis exprobrare coepit his S. Petri verbis: Non estis mentiti hominibus sed Deo: & mox anathema contra eos pronuntiavit, religiosiores ad officium hoc modo reductum iri ratus. Verum hac agendi ratione magis exacerbati abibant ob anathema parum anxii. Aliquos tamen remansisse gaudebant Imperator & Patriarcha, velut si perstitissent omnes. Sed qui restabant, præter illa, quæ contra partes contrarias facta jam fuerant, postulabant, ut, quoquot Joannes Veccus consecrasset, Constantinopoli divinis interdicerentur in perpetuum; qui extra urbem agerent, ad tempus abstinere functionibus juberentur, nisi essent vexatores, qui deberent perpetuo interdicto affici; alteri post poenæ suæ spatium nequirent promoveri ad Ordinem altiorem, quantumcunque progressum in virtute fecissent. Postquam hæ conditiones litteris consignatæ fuerant, discesserunt.

§. XV.

## §. XV.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1284.*Andronicus Sardenſis in offenſionem  
Imperatoris incurrit.*

Andronicum Metropolitam Sardenſem horum malorum omnium authorem principem monachus Galaction ſuus diſcipulus accuſavit, quod de Imperatore male locutus eſſet, cui aliunde ſuſpectus erat de noxis gravioribus. Itaque veluti læſæ Majeſtatis reus tractabatur. Primum contumeliis oneratus & vituperiis, quod, cum eſſet monachus, depoſita veſte religioſa iterum Episcopi gradum conſcendere auſus fuiſſet, tum poſt alias injurias pugnorum ictibus abactus duriter, ac e conventus loco ejectus eſt. Maxime omnium dolebat illud, quod ipſi fecit Nicander Episcopus Larifſanus, quem tanquam a Joanne Vecco conſecratum exauthoraverat. Is Andronicum turpiter pulſum videns, prehenſum monachi capitium capiti ejus impoſuit, & abjicienti obruſit denuo: quod ſæpius iteratum ſpectantibus cachinnos anovit.

Pachym.  
6. 23.

## §. XVI.

*Carolus Siciliæ Rex moritur.*

Rex Siciliæ Carolus quondam Græco-  
rum terror, ſed tum mœrore obrutus

ob

Nic. Spec.  
lib. I. c. 29.

Sæcul. XIII. ob tot jacturas, ac præcipue ob captum  
 A. C. 1285. filium, Foveæ in Apulia vitam amisit.  
 Jan. 1285. Viaticum sacrum accipies  
 J. Villani l. 7. c. 94. gravem de admisis animi dolorem edi-  
 Duchesne dit, & summa cum reverentia, Domine  
 p. 543. Deus! ajebat, te Salvatorem meum fir-  
 miter credens oro, ut animæ meæ misere-  
 rearis: & quemadmodum Siciliam peti-  
 tus, ut servirem Ecclesiæ tuæ, quam  
 mei commodi causa occupavi, sic peccata  
 mihi condones mea. Vixerat sexaginta  
 quinque annos, & undeviginti regnave-  
 rat. Legatus Gerardus Parmensis Nea-  
 poli eum in templo metropolitano as-  
 stentibus multis regni Præfulibus sepe-  
 vit. Quia Carolus II ejus filius natu-  
 major successorque in Catalonia captivus  
 erat, Papa Martinus Siciliæ regimen cu-  
 ræ habens ad Legatum Gerardum ita  
 Rayn. 1285. scripsit: Eo tempore, quo Rex Carolus  
 n. 3. se Burdigalam versus in viam dabat, per  
 litteras patentes nobis regnum commisit  
 suum, ut ibi corrigeremus indignas res,  
 de quibus Ecclesiæ, Cœtusque ac privati  
 homines conquærerentur: & postremo,  
 cum ex morbo decumberet, qui eum pau-  
 cos intra dies confecit, hanc potestatem  
 nobis traditam confirmavit per alias lit-  
 teras patentes. Ab Prioribus acceptis te in  
 statum regni accurate inquirere jussimus  
 tuamque nacti responsonem, illud per-  
 candi modos efficacissimos indagare, ce-  
 pimus.

pimus, perrecturi, donec effectum vide-  
rimus. Dabat 11. Febr. Sæcul. XIII.  
A.C. 1285.

Rex Carolus administratorem regni, Ibid. n. 6.  
quamdiu filius abesset suus, Robertum  
Artesiae Comitem, suam nepotem, qui apud  
ipsum erat, constituerat, si tamen Papæ  
placeret. Qui rem habuit ratam; sed illi  
Legatum Gerardum addidit, cum mandato,  
ut auctoritatem suam Ecclesiae Romanæ  
adscriberent, atque communiter exercerent,  
donec Rex Carolus II in libertatem assertus  
esset. Voluit quoque, ut ab eis appellare ad  
sacram Sedem liceret Siculis. Hæc sunt, quæ  
continet diploma utrique inscriptum datum  
que 16 Februarii.

§. XVII.

*Martini IV obitus. Honorius IV  
Papa.*

Papam Martinum IV defecit tempus  
exequendi bona pro Siculis consilia  
sua. Die Paschatis, qui hoc anno 1285  
vigessimus quintus Martii erat, peracto  
sacrificio cum Præfectis sacelli sui more  
solito pransus male se habuit sine muta-  
tione externa, & cum se dolores magnos  
sentire diceret, Medici non videbant, cur  
morbum ejus mortiferum aut gravem  
censerent. Nihilominus sequente die  
*Hist. Eccles. Tom. XXII. O Mer-*

n. 12.  
Papabr.  
conat.  
I.uchesne  
p. 544.

Sæcul. XIII. Mercurii 28 ejusdem mensis sub median  
 noctem spiritum reddidit Perusiæ, ubi

A. C. 1285.

sepultus est in templo S. Laurentii  
 ægrique plures ad illius tumulum sana-  
 bantur coram ingente Clericorum laico-  
 rumque numero secundum verba autho-  
 ris cœvi talia miracula testantis fieri  
 etiam tum, cum scriberet, nempe 12 Ma-  
 ji sequentis. Sederat Martinus IV an-  
 nis quatuor, mense uno, diebus septem.

Rayn. n. 14.

15.

Apostolica Sedes quatridduo tantum  
 vacabat: & 2 Aprilis Cardinales coopta-  
 runt Jacobum Savellium Nobilem Ro-  
 manum, Cardinalem Diaconum de S. Ma-  
 ria in Cosmedin. Pluribus annis in U-  
 niversitate Parisina eruditus, primum Ca-  
 nonicus Catalaunensis, deinde Cardina-  
 lis evaserat per Urbanum IV mense De-  
 cembri an. 1261. Papa creatus nomine

Sup. lib. 85.

S. II.

Papebr.  
 conat.

Rayn. n. 19.

Honorii IV sumpsit. Ex pedibus man-  
 busque laborabat adeo, ut sacrum face-  
 re non posset nisi certis instrumentis ad-  
 jutus. Perusiæ electus mox Romam pe-  
 tiit, ubi consecratus coronatusque fuit,  
 ut verosimile est, die dominica 20. Maii  
 octava Pentecostes: & 25 ejusdem men-  
 sis litteras dedit, quibus orbem Christia-  
 num de nova dignitate sua edocebat.  
 Ibi sic loquitur: Post exequias Papæ Mar-  
 tini primo Aprilis libere convenimus  
 non conclusi, ut interdum vacante Eccle-  
 sia Romana factum est per errorem  
 tuperat.

tuperabilem. Verba, quæ indicant, Sæcul. XIII.  
quam odiosa etiam tum fuerit Gregorii A. C. 1285.

X constitutio de conclavi. Honorius  
biennio duntaxat sedit.

§. XVIII.

*Retractatio Fratris Ægidii  
Romani.*

Ordo Eremitarum S. Augustini tum a-  
lebat Religiosum quendam, qui po-  
stea in numero clarissimorum sui tempo-  
ris Doctorum fuit positus. Is erat Ægi-  
dius Romanus ex illustri Columnarum *Labbe de*  
familia, olim Parisiensis multos per an- *script.*  
nos Academicus, & S. Thomæ Aquina-  
tis discipulus. Rex Philippus Audax  
eum Philippo suo filio in spem regni ge-  
nito præceptorem dederat. Cum Fra-  
ter Ægidius Romanus Parisinam frequen-  
taret scholam, tum viva voce, tum  
scripto protulerat propositiones aliquot,  
quas retexendas judicabat Episcopus *Ragn. 1285.*  
Stephanus Temperius, postquam eas *n. 76.*  
discusserat ipse, & per Cancellarium Ec-  
clesiæ suæ, aliosque Theologiæ Docto-  
res examinari curaverat, sed Ægidius  
illas argumentis pluribus fulcire stude-  
bat: tantum aberat, ut revocaret. Dein-  
de Romam delatus Papæ Honorio ad re-  
tractationem, qualem præciperet, sese ob-  
tulit. Hic Episcopo Parisino Remulpho

O 2

Hum-

Sæcul. XIII.  
A.C. 1285.

Humblariensi Stephani successori scripsit ut Ecclesiæ suæ Cancellarium cæterosque Theologiæ Doctores convocaret, ac de illorum consilio Fratrem Ægidium coram ipsis revocari juberet omnia, quæ de plurium sententia damnanda essent præsertim ea, quæ Episcopus Stephanus retexta voluisset. Dabat 1. Jun. 1285.

Vading.  
1285. n. 4. 5.

Fratres Minores hoc anno Mediolani vigesima sexta comitia generalia celebrabant, ubi in locum fratris Bonagrati priore anno mortui substituerunt Fratrem Arlotum Pratensem Hetruscum tum Parisiis agentem, qui undecimus Ordinis Minister Generalis fuit. Vocavit ille Fratrem Petrum Joannem Olivam, suspectam semper doctrinam ejus porro excussurus. At hic ita se defendit, ut iterum damnationem effugeret. Ille sequente anno ibidem obiit, cum Ordinis undecim duntaxat menses præfuisset. Ejus pater antiqua nobilitate insignis cum tribus fratribus suis pariter S. Francisci regulam amplexus erat.

Id. 1286. n. 1.

§. XIX.

*Mors Regis Philippi Audacis.*

Sub festum Pentecostes diem, qui hoc anno tertius decimus Maji erat, Rex Philippus Audax Arragoniam occupavit.

tum iturus, prope Tolosam collegit exercitum, Cardinalem Joannem Choletum Sacrae Sedis Legatum secum habens.

Secul. XIII.  
A.C. 1285.

Præter decimam Franciæ Papa Martinus Regi hujus expeditionis gratia etiam

Duchesne  
to. 5. p. 544.  
Rayn. n. 24.

dioecesium Leodiensis, Metensis, Virodunensis, & Basileensis decimas permiserat. Quam rem Imperator Rudolphus novo Papæ Honorio conquerebatur, hanc concessionem revocari cupiens. Sed Papa illi exposuit apostolicam Sedem hoc bellum contra Petrum Arragonium vexatorem suum adornari jussisse; atque harum dioecesium decimas ad modicum tempus esse postulas. Scribebat i Augusti. Majoricensis quoque regni decimam ad triennium concessit Jacobo hujus insulæ Domino, qui, quamvis Petri Arragonii frater esset, Regis Philippi partes contra eum susceperat.

Gallorum exercitus Cataloniam intravit 20 Junii: & cruce signati, e quibus constabat, eadem, qua aliæ copiæ, licentia grassabantur. Profanabant templa effusione sanguinis & impuritatibus: quin etiam dicatas Deo Virgines violabant. Asportabant vasa sacra, cruces, imagines, libros, ornamenta templorum, quæ alter alteri venundabant. Demissum e turribus omne æs campanum diffindebant in partes, vel avehebant. Ita se gerebant per totam expeditionem:

Gesta comit.  
Barcin.  
p. 566.

*Sæcul. XIII.* putabant tamen se consequi promissam  
*A. C. 1285* militiæ sacræ veniam noxarum: ad  
 quam sic affecti erant, ut ii, qui emitte-  
 re sagittas, vel armis aliis uti non pote-  
 rant, lapidibus arceps dicent: Jacio  
 hunc lapidem in Petrum Arragonium, ut  
 merear indulgentiam.

*p. 568.* Pridie festum S. Petri 28 Junii Rex  
 Philippus obsedit Gerundam, & ad Fra-  
 tres Minores cum Legato Joanne Cho-

*Duchesne*  
*p. 446.* leto divertit. Hanc inter obsidionem  
 Galli templo S. Felicis extra urbem ob-  
 ruto, ob reliquias Sanctorum, inter alias  
 corpus S. Narcissi Gerundæ Patroni in  
 frustula conciderunt. Divinæ tantorum  
 scelerum vindictæ tribuebant Catalani  
 mala, quæ Gallorum exercitum preme-

*Nicol. Spe-*  
*cial. lib. 2.* bant. Primum multitudo muscarum in-  
 numerabilis invasit equos, ac venenatis

*c. 1.*

*p. 570.*

punctionibus suis quamplurimos necavit.  
 Deinde horum cadavera cum corporibus  
 hominum ab hostibus cæorum ex calo-  
 re aëris celeriter corrupta per intolerabi-  
 bilem foetorem suam creabant morbos  
 ex quibus multi Proceres cum magni-  
 copiarum parte interibant. Quapropter  
 urbe 7 Sept. in deditonem accepta Rex  
 Philippus abiit. Sed in via militum  
 correptus ipse tam fractis erat viribus,  
 nequiret sedere in equo, sed fuoribus  
 brachiis in lecto portaretur. Sic de-  
 latus Perpignanum, die dominica 7  
 Sept.

Sept. ibi vivere desit annos quadraginta **Sæcul. XIII.**  
 natus, postquam quindecim regnaverat. **A.C. 1285.**

Succellit ei suus filius natus major Phi- *Duchesne*  
 lippus IV cognomine Pulcher septende- *p. 548.*  
 cim annos habens, & viginti novem sce-  
 ptrum tenuit.

§. XX.

*Papæ constitutio pro Sicilia.*

Interim Papa laborem ab antecessore suo  
 ceptum perficiens, ut comprimeret  
 indignas res in Siciliam introductas, quæ  
 seditionem commoverant, constitutionem *Rayn. n. 29.*  
 edidit ex consensu novi Regis Caroli II,  
 qui rem ipsius arbitrio plane submiserat.  
 Hæc sanctio data est Tibure 27 Sept.  
 1285, & subsignata syngraphis quatuor-  
 decim Cardinalium: sed solum ad regi-  
 men profanum attinet. Tum Papa Si-  
 culos Petro Arragonio addictos ad præ-  
 standam Carolo obedientiam adductu-  
 rus edixit eos a beneficio hujus sanctio-  
 nis exclusum iri, quamdiu Petro adhæ-  
 rerent. Denique Siculorum episcopa-  
 tum collationem durante bello facien-  
 dam Sedi apostolicæ reservavit, ne da-  
 rentur viris Regi Carolo infensis.

§. XXI.

Sæcul. XIII.  
A.C. 1285.

§. XXI.

*Petri Arragonum Regis mors.*

**R**ex Arragoniæ Petrus paulo amplius  
mense Regi Franciæ superstes fuit,  
die S. Martini 11 Nov. extinctus anno æ-  
tatis sexto & quadragesimo, regimini  
nono. Ecclesiæ reconciliatus Sacramen-  
ta morientium accepit ab Archiepiscopo  
Tarraconensi. Regna Arragonium &  
Valentinum cum comitatu Barcinonensi  
Alphonso suo filio, natu majori, Siciliam  
Jacobobo alteri filio per suum testamentum  
reliquit.

*Gesta com.  
Barcin. c. 28.*

*p. 573.*

*Nic. Spec. 2.*

*6. 7.*

§. XXII.

*Absolutiones a Summo Pontifice  
datae.*

**I**n Italiam ut redeamus, urbs Viterbium  
per totum Martini IV pontificatum a-  
nathemate devincta manserat ob seditionem  
post obitum Papæ Nicolai III factam,  
& ob mandatos carceri duos Cardinales  
Matthæum & Joannem de Ursinis. In-  
colæ petitam a Martino veniam non im-  
petraverant: sed Honorius supplicantium  
submissione iterata flexus execrationem  
sustulit ea lege, ut majore mœnium suo-  
rum parte subruta vices quater mille  
libras monetæ pontificiæ impenderent

*Ravn. 1285.*

*n. 70. n. 43.*

*Sup. lib. 87.*

*§. 43.*

in condendam dotandamque domum Sæcul XIII.  
 hospitalem, quæ Romanæ Spiritus fan- A.C. 1285.  
 cti plene foret obnoxia. Præterea civi-  
 tatem omni jurisdictione exutam Papa  
 integram retinuit, status privati homines  
 seditionis reos pro arbitrio suo punien-  
 di facultatem sibi reservans.

Melchior Buffetus Episcopus Derto- Rayn. n. 67.  
 nensis in Lombardia anno elapso perem- Ughell. to. 4.  
 ptus fuerat hunc in modum. Guilielmo p. 863.  
 Montis Ferrati Marchione Dertonam per  
 vim occupante, Episcopus, qui bellum  
 contra illum defenderat, in tumultu pe-  
 des ac personatus fugerat: sed ab hosti-  
 bus captus jubente Marchione in arce  
 quadam aliquamdiu custodia septus te-  
 nebatur. Postea quibusdam Episcopi  
 cognatis castrum Sorlium ejus jussu de-  
 dere recusantibus, Marchio huc eum va-  
 lido cum præsidio misit: sed non pare-  
 bant: & cum Episcopus Dertonam ver-  
 sus reduceretur, una cum quibusdam a-  
 liis occisus est ita, ut Marchionis milites  
 id non viderent ob spissam nebulam, quæ  
 eos separabat: & illius cadaver diu in-  
 humatum jacuit.

Marchio re comperta graviter affli-  
 ctum se indicans, corpus in cathedrali  
 Dertonæ templo honorifice sepeliendum  
 curavit. Quia tamen constabat Episco-  
 pum eo mandante captum & in custo-  
 diam traditum esse, ad Papam, ut cædis

Sæcul. XIII. A.C. 1285. rationem redderet, accitus, Romæ se per nuncium excusavit, asserens se necem Episcopi nec imperasse, nec suasse, sed contra doluisse magnopere: deinde se ob inimicos tum illos, quibus cingeretur, tum alios, per quorum terras sibi eundum esset, non posse Romam proficisci, ni vitam & provinciam suam periculis exponeret.

Papa Honorius his rationibus permotus Archiepiscopum Consentinum, Fratrumque Prædicatorum Provinciale per Lombardiam Magistrum iussit Marchionis excusationes sine ritibus iudicialibus disquirere; si veras cernerent, eum ad sui purgationem viginti cum viris admittere, atque has ei poenas irrogare. A loco, ubi comprehensus fuisset Episcopus, usque ad templum Dertonense, ac per urbes Vercellas, Eporediam, & Albam Pompejam a porta usque ad templum cathedrale publice nudis pedibus & capite iret, nulla super indusium lineum veste tectus. Omni patronatus jure, ac prædio beneficiario, aut in perpetuum conducto quod ab Ecclesia Dertonensi haberet, se ac posteros suos privatos, & hos usque ad quartam generationem quolibet ejusdem Ecclesiæ beneficio exclusos sciret. Cunctas arces terrasque ad hanc Ecclesiam spectantes redderet. Tum postulatam, addebat, absolutionem

illi

illi dabitur ea conditione, ut intra unius <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
 anni spatium in templo Dertouensi aram <sup>A.C. 1285.</sup>  
 condant dotetque pro duobus Sacerdotibus,  
 quorum uterque viginti quinque librarum  
 Genuensium proventum habeat. In-  
 jungetis illi etiam, si vobis ita videbitur,  
 iter transmarinum, aut peregrinationem  
 ad Compostellanam S. Jacobi ædem, ac  
 jejunia, preces, aliaque opera bona, prout  
 expedire ad ejus salutem putabitis. Ad-  
 hæc præcipimus, ut se nobis sistat intra  
 annum, postquam ejus excusationes  
 cessaverint: nec volumus per hanc in-  
 dulgentiam Principibus profanis adimere  
 facultatem exequendi contra eum leges  
 in sacrilegos latas. Hæc mandata dedit  
 Romæ 20 Dec. 1285.

In Polonia Lesco Niger Cracoviæ Dux <sup>Rayn. n. 72.</sup>  
 Papæ Honorii jussu absolutus est ab ana-  
 themate, in quod incurrerat duobus ab-  
 hinc annis Episcopum Paulum compin-  
 gendo in carcerem & male habendo:  
 atque Sacerdotes, qui Duci a sacello e-  
 rant, spretisque censuris coram eo divi-  
 num peregerant officium, ex interdicto  
 vinculo exempti sunt. Dux rem finit <sup>Cromer.</sup>  
 cum Episcopo ita transigens, ut huic sa- <sup>l. 10. p. 171.</sup>  
 ceret latis. Papa Honorius etiam ad Pro- <sup>Sup. Lib. 59.</sup>  
 cures Præfulesque Poloniæ scripsit, ut i- <sup>§. 39.</sup>  
 bi solvendam curarent denarium S. Pe-  
 tri ante annos ducentis plures sub Rege  
 Casimiro statutum.

§. XXIII.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1285.

§. XXIII.

*Episcopus Uratislaviensis vexatur.*

*Longin. l. 7. p. 835.*  
*Cromer. l. 10. p. 172.*  
*to. II. conc. p. 1238.*  
Henricus IV Silesiæ Dux ironico cognomine Bonus, cum factos in bellum per injuriam gestum sumptus sibi compensandi gratia Thomæ Episcopo Uratislaviensi, universoque diœceseos Clero magnam pecuniæ pensionem sine ullo jure imperasset, eam denegantium bona omnia & cunctas postea decimas occupaverat. Itaque Thomas lenitatis vias expertus inutiles, querelam suam ad Jacobum Svincam Archiepiscopum Gnesnanum Metropolitam suum detulit: qui die Epiphaniæ an. 1285. Lanciciam concilium convocavit. Comparebant sibi Paulus Cracoviæ, Joannes Posnanæ, Vislas Uladislaviæ, & Volmirus Lufucæ Episcopi magno cum numero Abbatum aliorumque Præfulum. Concilium Ducem & partes ejus anathemate, ac totam diœcesim Uratislaviensem interdicto affecit.

Id cum soli Fratres Minores in S. Jacobi coenobio intra urbem sito non observarent, Fratres Prædicatores cum omni Clero & ipso Episcopo pulsi fuere. Postquam hic Præsul in Silesiæ ac suæ diœcesis urbem Ratiboriam profectus ab hujus Domino Ladislao Opoliæ Duce commiter

miter receptus fuerat, Dux Henricus <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
 eum propterea ibi oppugnavit murmu- A. C. 1285.  
 rantibus contra Thomam ejusque Clerum  
 civibus, quod ipsis annonæ penuriam  
 accivissent. Ergo Episcopus periculum  
 subire, quam populo, cui devinctus esset,  
 ærumnam parere maluit: & pontificiis  
 indutus vestibus quosdam de Clero suo  
 sacris etiam ornamentis amictos ex urbe  
 ad castra Henrici recta ducebat via. Qui  
 inopinato spectaculo motus relicto ten-  
 torio non tantum obviam venit Antistiti,  
 sed & ad pedes accidit. Erexit hic il-  
 lum: & post mutuos inter lacrymas am-  
 plexus remotis arbitris propinquam  
 S. Nicolai ædem ingressi redierunt in  
 gratiam: quippe Dux se Præsuli, Eccle-  
 siis, & Clero adempta omnia redditurum  
 pollicitus obsidionem Ratiboriæ solvit:  
 & Archiepiscopus Gnesnanus censuras  
 fustulit. Sed hoc non ante factum quam  
 anno 1287.

## §. XXIV.

*Status Ecclesie Græcæ.*

Imperator Andronicus Palæologus ex  
 Anatolia Constantinopolim reversus  
 non mutabat suum schismaticos recon-  
 ciliandi consilium. Confirmabant id po- *Pach. l. 7.*  
 tius perhibita quædam portenta, quæ *c. 30.*  
 timidum ac superstitiosum ejus animum  
 vehe-

Sæcul. XIII.  
A. C. 1285.

vehementer perculerant. Ad templum S. Sophiæ spectabat privatum domicilium quoddam, cujus in muro depicta Virgo Sanctissima multos per dies præbuerat speciem flentis & tam ubertini, ut lacrymæ spongis colligerentur. In alia domo imago S. Georgii multum sanguinis fundere visa erat. Hæc naturaliter effecerat murorum humor: at Græci pro miraculis iræque divinæ signis accipiebant. Imperator igitur putabat se monitum a Deo, ne deponeret curam reconciliandi Ecclesiam. Sed non poterat placare animos. Josephi ab Arsenio diris devoti nominationem in precibus publicis, communionem cum ejus sectatoribus, & consensionem cum Papa non ferebant Arsenitæ.

c. 31.  
Gregoras  
l. 6. c. 1. n. 9.

Arsenii corpus ex Proconneso Constantinopolim deferendi copiam subdole petierant, ut Arsenius injuste pulsus, Josephus possessor iniquus videretur. Mox annuit Imperator haud perspicuus eorum mentem, sed in solam Ecclesiæ pacem intentus. Allatum proinde Arsenii corpus ad portam urbis tam Patriarcha Gregorius cum omni Clero, quam Imperator cum toto Senatu excepit: inde ad S. Sophiæ solenniter cantus inter & lumina portatum est. Postea vero Theodora Eulogiæ filia, neptisque Imperatoris

ris Michaëlis illud in monasterio S. Andree a se instaurato reposuit.

Sæcul. XIII. A.C. 1285.

Imperator Andronicus vivo patre amiserat suam conjugem Annam Hungaricam, quæ duos ei filios Michaëlem & Constantinum reliquit.

Pachym. c. 33. Greg. 6.2.

Ergo liberis e secundo venturis thalamo spem Imperii adeptam reputans, non sibi cum coronato capite aliquo affinitatem jungendam censuit, contentus uxorem ducere Jolandam, seu Irenen ex Guilielmo Montis Ferrati Marchione, ac Beatrice Castellæ Principe Alphonfi Astrologi filia procreatam.

Ducange famil. Byz. p. 235.

Latini non solebant sine permisso Papæ cum Græcis schismaticis matrimonia contrahere.

Id. not. Greg p. 731. Allat. conf. p. 708.

Sed Marchio tum proscriptus ob eadem Episcopi Dertonensis hoc annos factam, has nuptias clanculum tractavit.

XXV.

Veccus conqueritur.

Neophytus Prusæ in Bithynia recens Episcopus, ut specimen ardentis odii sui in concordiam cum Papa ederet, imperavit abstinentiam carniū per quatuor dies perhibitum hoc crimen expiaturam.

Pachym. 1.7. c. 24.

Populus Prusianus hanc pœnam sentiens incommodam, Joannem Veccum eandem in urbem relegatum onerabat conviciis tanquam consensionis autho-

Sæcul. XIII.  
A. C. 1287.

authorem: quin etiam domesticos ejus prætereuntes in faciem objurgabat. Veccus hoc sibi non ferendum ratus, magna in area cœnobii, quod incolebat, se publice declaravit. Episcopum Neophytum contemptui habebat velut rudem in rebus ecclesiasticis; & de Patriarcha Gregorio loquens, Cur me offenditis, agebat, cur fugitis me, qui Romanus sum, & a Romanis genus duco (ita etiam nunc ajunt Græci) cur recipitis cum applausu hominem natum educatumque inter Italos, & qui ad nos veniens eorum tam veste, quam lingua utebatur? Nempe insula Cyprus, unde Gregorius erat, tam parebat Latinis. Hæc ob doctrinam fieri si dicatis, pergebat Veccus, congreget nos omnes Imperator, & nos audiat; ac homines docti probique ex Scripturis judicent, an in errore sim! At non damner ob ea, quæ garriunt rudes ac fæx populi.

Sic Veccus differebat palam, & apparebat facile voluisse illum hæc ad Imperatorem referri. Nec dilata res est: atque Andronicus Veccum Constantinopolim venire jussit: qui extra urbem habitavit in monasterio S. Cosmæ, quod communiter Cosmidion vocabatur. Tum Imperator convocavit concilium, diem hujus ac locum indicans, qui fuit aula Alexina in palatio Blaquernensi. Præ-

*Ducang.*  
*C. P. l. 4.*  
*p. 182.*  
*Id. l. 2. p. 112.*

Præ-  
fide-

ſidebat ibi Patriarcha Gregorius: Alexandrinus vero Athanaſius incommoda utens valetudine accubabat in lecto: aderantque Epifcopi omnes cum magno Clericorum monachorumque numero. Imperator ipſe intererat, Proceribus ac de Senatu præcipuis ſtipatus. Magnus Logotheta Muzaſon erat inter primos, ac Veccum aggredi cum Patriarcha ſtatueraſt.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1285.

## §. XXVI.

*Alterum concilium Blaquernenſe.*

Orator Eccleſiæ incepit actionem, & ad Veccum converſus dixit: Cum integrum habeamus ſcriptum, quo errorem fateris tuum; quo veniam petis, & munus abdicas: cur rediſ hodie, & injuriam tibi factam aſſerens congregandi tam grandis concilii cauſam offers? Veccus reſponſit: Cum me viderem adigi, ut alieno tempore rationem redderem de verbis Patrum a me allatis, reliqui omnia, ut haberem pacem, non ut pellerer, ac hæreſeos accuſarer. Tum Patriarcha Gregorius: Et quid de re ſentiunt ii, qui tecum ſunt? Hi erant Conſtantinus Meliteniotes, ac Georgius Meſochites, qui reſpondebant: Si ſolum ſcire cupis, quam fidem teneamus animo, & ore profiteamur, eſt illa, quæ inter o-

Pachym.  
c. 15.

*Hiſtor. Eccleſ. Tom. XXII.* P mnes

Sæcul. XIII. moes convenit, & quam, dum vivemus  
A.C. 1285. conservabimus. Sin etiam quæris, quam

Patrum sententiam simbolo non adver-  
sari, sed hoc exponere affirmemus, in  
scriptis eorum videbimus, Spiritum San-  
ctum esse datum, missum, ortum a Patre  
per Filium: immo quidam dicunt, illum  
ex hoc procedere. Magnus ille Sanctus

Joannes Damascenus ait Spiritum San-  
ctum a Patre produci per Verbum. A-  
gnoscamus autem productorem esse prin-  
cipium: sed non dicimus Filium esse  
principium in processione Spiritus San-  
cti ex Patre, immo nec commune prin-  
cipium: e contrario male precamur sic  
loquentibus. Dicimus duntaxat Patrem  
esse principium Spiritus Sancti per Fi-

*S. August.* *v. Trin. c. 14.* *n. 15.* S. Augustinus tamen haud ægre  
dicit Patrem ac Filium esse idem prin-  
cipium Spiritus Sancti.

Magnus Logotheta subjunxit: Et  
quomodo Filium non facitis principium  
dicendo Patrem esse principium per Fi-  
lium? ex quo illud conficitur, ex Patre  
non processurum fuisse Spiritum San-  
ctum, nisi Filium generasset. Archidia-  
coni reponebant: In theologia proferun-  
tur multæ propositiones, quas consequi  
absurda videntur ob imbecillitatem no-  
stræ intelligentiæ; veluti dum Pater di-  
citur esse perfectus Deus, pariterque Fi-  
lius & Spiritus Sanctus; unde videtur  
effici

effici tres Deos esse. Nos tenemus id, *Sæcul. XIII.*  
 quod videmus scriptum, nec admittimus *A. C. 1285.*

mala confectaria. Logotheta retulit:

Nunquam ego dicam Spiritum Sanctum  
 procedere ex Patre per Filium: minus  
 absurde dicerem illum ex Patre Filioque  
 procedere, quia differentia præpositio-  
 num *ex & per* videtur duo indicare prin-  
 cipia. Archidiaconi subiciebant: Ergo  
 accusa S. Joannem Damascenum, quod  
 novitates introduxerit! nos autem noli  
 arguere hæresis, quod honoremus has  
 voculas, quas illius esse agnoscis. Pa-  
 triarcha subdidit: Honoratur Evangelium  
 asseverans Patrem esse majorem Filio:  
 sed hic locus explicatur per locos alios.  
 Vobis pariter exponendus esset ille S. Da-  
 masceni locus, non avertendus in sen-  
 sum singularem & a communi Patrum  
 doctrina diversum: instabat simul magno-  
 pere, ut responderent. Hunc Evangelii  
 locum, inquebant, satis explicarunt Pa-  
 tres: Locus S. Damasceni non potest a-  
 lium habere sensum. Si habeat, eum  
 doceri cupimus.

Patriarcha: Exponunt illum Patres  
 dicendo Spiritum Sanctum procedere ex  
 Patre. Archidiaconi: Et quis non di-  
 cit? credimus toto ex animo. Logo-  
 theta: Si creditis, cur adjungitis aliud?  
 Archidiaconi: Tempus sic postulabat  
 pro pace Ecclesiæ. Veccus: Quando-

P 2 quidem

Sæcul. XIII.

A. C. 1287

quidem ita vultis, non loquemur modo de hac propositione, quæ vobis temeraria nimis videtur. At saltem nobis tam opus non est nostri defensio contra querelam de corruptione doctrinæ sanæ. Deinde Logothetam intuens addebat: Video te sequi regulas dialecticæ ac rite ratiocinari: nec tibi blandior. Patres, cum de Sanctissima Triade loquuntur, comparationes cum sole ac fluvio quantumvis imperfectas adhibent. Radius, ajunt, & lumen proxime a sole veniunt: radiusne igitur an sol est luminis principium? S. Gregorius Nyffenus hoc mihi explicat inquiens: Ex iis, quæ habent principium, unum hinc venit proxime, alterum per id, quod inde proxime venit. Tum Patriarcha: Et vos non fatemini Spiritum Sanctum esse proxime conjunctum Patri? Quis est, talem qui propositionem ferat? Dicendum est de Spiritu Sancto, quod de Filio dicitur, ipsum esse in Patre, & Patrem in ipso. Non assentimini? Ita, reddebat Veccus: fatendum est Spiritum Sanctum Patri proxime conjunctum esse, quia minime distant. Sed ut cogitemus Spiritum Sanctum proxime ex Patre procedere, non permittit illius differentia a Filio: nam ille procedit per hunc, qui proxime procedit; ut S. Gregorius Nyffenus loquitur. Sed vos absurdam redditis hanc propo-

propositionem, qui locorum ac temporum <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
 distantias interjicitis. Quocirca idem <sup>A.C. 1285.</sup>  
 S. Pater adjungit: Interpositio Filii fa-  
 cit, ut solus sit genitus: nec tamen illa  
 Spiritum Sanctum a Patre disjunctum  
 reddit.

Posthæc Athanasius Patriarcha Ale-  
 xandrinus e lecto suo hæc ad Veccum  
 verba faciebat: Tenemus Ecclesiæ do-  
 ctrinam, qualem recepimus. At nun-  
 quam didicimus ita loqui. Si Ecclesia  
 distincte crederet, quæ vos dicitis, ne-  
 scire haud possemus. Fidei dogmata si-  
 ne curiositate ac simpliciter conservabi-  
 mus. Cur ergo conamini in Ecclesiam  
 Dei inducere quidquam aliud, quam  
 quod per traditionem accepimus? Opor-  
 tet tueri pacem, & omnes argutias præ-  
 termittere. Sed, Domine! accusamur  
 de hæresi, subdebat Veccus cum suis Ar-  
 chidiaconis. Ita est, pergebat Athana-  
 sius, quia pro hæretico habetur, quis-  
 quis stabilire vult propositiones extraor-  
 dinarias, etiamsi non essent periculosæ.  
 Quapropter vobis suadeo, ut his omissis  
 ad sensum communem manifestumque &  
 ad concordiam redeatis, præcipue, cum  
 Imperator hanc conciliare cupiat.

Verum Patriarcha Gregorius urgebat  
 differentiam præpositionum *ex* & *per*,  
 contendens, Spiritum Sanctum proxime  
 ex Patre non procedere, si procedat per  
 P 3 Filium.

Sæcul. XIII.  
A.C. 1285.

Filium. Respondit Veccus: Confitemur audaciam nostram, & veniam petimus. Non tamen vana curiositas aliqua nos ita loqui iussit; sed voluntas tollendi discordiam Ecclesiarum. Græcam & Latinam intelligit. Hæc ergo causa fuit, cur statueretis nos appellare hæreticos, ac desertores religionis, irritos dicere Ordines a me collatos, lavare sacrum adytum, profanare & rejicere chrisma a me consecratum? An nos sic agimus, etiam velimus Theologiam vestram non accuratam ostendere? Ecquanam in re erravimus, agebat Patriarcha. Mox papyrus protulit Veccus, quam cum legisset ille, sibi cognitam negabat cum suis. Sed Chartophylax Georgius Moscamparopuscum agnovit suum, voluitque defendere. Videamus itaque, agebat Veccus, qua eum poena ob mutatam doctrinam sitis affecturi. Longus hac super re sermo fuit: ac Veccus addidit:

Sup. lib. 44.  
§. 47. 59.

Vultisne, ut tanquam pacis amans consilium vobis asseram simplicissimum? Locos Patrum, prout tempus postulabat, retulimus. Recepimus, ac etiamnum recipimus cunctos, quicumque Spiritum Sanctum ex Patre dicunt procedere: ita Christus, ita concilium loquitur. Sed & eos admittimus, qui ajunt illum procedere ex Patre per Filium, quia totum concilium septimum sic sensit: ac temeritatis

ritatis arguimus illos, qui verba Patrum **Sæcul. XIII.**  
non honorant. Igitur hodie dum Pa- **A.C. 1285.**

triarchæ, Episcopi, Clerus omnis, monachi pii, laici selecti adsunt, vobiscum fidem orthodoxam colere, aut, si fallimini, divino iudicio vobiscum condemnari malo quam solus securitatem quærere. Sed quod me adstringatis ad spernendum dogma Patrum tam vetus & tam universale, nec docere me studeatis; hoc est, quod æquum mihi non videtur. Nam etiam me religio tangit stimulatque, ut errorem timeam. Non adhæreo ingenii mei luminibus: totum me vobis trado: præferte mihi lucem! ducite me! sectabor vos. Conficite scriptum: omittite, si vultis, voculas: *per Filium!* quidquid periculi in respuenda hac Patrum declaratione videam, nisi vos sequar, accusate me pertinaciæ, immo hæreseos! At vero Patres rejicere si non audetis, factique invidiam in nos conferre cupitis, merito, ne dicam necessario metuimus, ne erremus (quia sumus soli) & in discrimen nos conjiciamus.

Patriarcha, ut se purgaret, reposuit: Nos id non scripsimus: vestrum est hoc respuere, qui scripsistis, & hanc quæstionem movistis denuo. Ecquid obstat, subjunxit Veccus, cum agatur de reducendis fratribus vestris? Sed Patriarcham adeo non permovit, ut irascentis

Sæcul. XIII. maledicta & injurias sibi accerferet. Vec-  
 A.C. 1285. cus & ipse exasperatus, ingeniosas ei ex-  
 probrationes fecit: tum conversus ad  
 Imperatorem libere asseruit juravitque, si  
 Gregorius sedem patriarchalem non re-  
 linqueret, turbas Ecclesiæ nunquam se-  
 datum iri. Sub hæc verba excande-  
 scens Imperator furrexit, & Quid igitur?  
 agebat, Post totum laborem, quem mihi  
 pro Ecclesia sumpsi, rursus eam turbare  
 incipis jam schismaticorum bello impli-  
 citam? Late hanc in materiam excurre-  
 bat indicans suam indignationem, quod  
 id colloquium spem suam usque adeo se-  
 fellisset.

## §. XXVII.

*Veccus relegatur.*

Soluto concilio Veccus cum suis in mo-  
 nasterium S. Cosmæ reversus ibi ma-  
 nebat, sed sub custodia. Imperator eos  
 per internuncium hortabatur, ut pacem  
 colerent, libidinem disputandi comprime-  
 rent, cum bona ipsius gratia conquiesce-  
 rent; alioquin multandi exilio, nec me-  
 lius habendi, quam jussisset. Illi per-  
 stantes in sententia respondebant se, quid-  
 quid Imperator vellet, passuros potius,  
 quam morem gesturos iis, a quibus  
 immerito condemnati essent. Sæpius  
 tentatos frustra Imperator offensus in  
 arcem

arcem quandam, cui a S. Gregorio no-  
men erat, ad Astacensem seu Comidia-  
num Bithyniæ sinum positam relegavit  
exulum sustentationi nequaquam provi-  
dens. Illic inclusos servabant Galli,  
quibus prætorix cohortis Dux quidam  
præerat.

Sæcul. XIII.  
A.C. 1286.

§. XXVIII.

*Jacobus Siciliae Rex.*

Novus Siciliae Rex Jacobus Arrago-  
nius ex vi testamenti patris coronan-  
dum se curavit anniversario lustratæ Vir-  
ginis die 2 Febr. 1286. Ceremonia fie-  
bat Panormi coram cunctis Proceribus,  
& Sicularum urbium Oratoribus univer-  
sis. Papa Honorius, antequam id co-  
gnoverat, eodem anno die Coenæ domi-  
nicæ 11 Aprilis anathemate devinctos  
denunciavit Jacobum & matrem ejus  
Constantiam tanquam foventes augen-  
tesque Siciliae seditionem, atque intra  
diem Ascendentis in coelum Domini ex  
illa egredi jussit. Deinde impositam Ja-  
cobo coronam audiens iteravit anathe-  
ma; ceremoniam declaravit nullam, ne-  
que inaugurationem, sed rem abominan-  
dam esse; loca omnia, ubi Jacobus Ar-  
ragonius ageret, interdicto affecit: duos  
Episcopos Cephalædanum in Sicilia, &  
Neocastrensem in Calabria coram se

*Nic. Special.*

*l. 2. n. 9.*

*Rayn. n. 6.*

*Id. n. 6.*

*n. 8.*

Sæcul XIII.  
A. C. 1286.

comparere intra festum Sanctorum Omnium diem voluit, quod Jacobum coronassent. Hæc sunt, quæ continet diploma die Ascensus Domini 3 Maji Romæ promulgatum. Et quia neque Rex neque duo Episcopi obedierant, Papa interrogatas eis censuras die dedicatæ S. Petri basilicæ 18 Novembris confirmavit ac repetiit; sed sine fructu iterum.

§. 9.

§. XXIX.

*Alphonsus Rex Arragonum.*

§. 10. II.

Contrario Jacobi fratrem Alphonsum novum Arragoniæ Regem flecebant censuræ pontificiæ, aut potius metus Gallorum pro Carolo Valesio militantium, ut eum in possessionem regni Arragonii mitterent. Papæ proin & Cardinalibus scripsit Alphonsus excusans se, quod mortuo Rege Petro patre suo non misisset Romam Legatos; quos vero tunc mitteret, nempe intra verum jejunium hujus anni 1286. Igitur Papa die Coenæ dominicæ declaravit se inceptum contra eum iudicium usque ad festum Ascensionis Domini suspendere. Prorogavit postea diem, & comparentibus Legatis fidei publicæ testes litteras ad liberum reditum tradebat. Alphonsus tamen excusationes non accepit; nec desistit tueri Carolum Valesium. Contra

tra Cardinali Joanni Choletto suo in Fran- Sæcul. XIII.  
cia Legato nova mandata dedit, ut Ec- A.C. 1286.  
clesiasticos Alphonfi fautores privaret  
beneficiorum fructibus, censurisque pu-  
niret.

## §. XXX.

*Veneti absolvuntur.*

Sedente ad clavum Ecclesiæ Martino Rayn. 1285.  
IV Bernardus Cardinalis Episcopus n. 63.  
Portuenlis & apostolicæ Sedis Legatus

Venetias venerat, ut curaret armandam  
ibi classem, qua rebelles Siculi ad offi-  
cium erga Regem Carolum reduceren-  
tur. At Veneti hoc recusabant obtentu  
antiquæ legis, quæ vetaret, nequis ipso-  
rum arma ferret contra ullum Principem  
aut Rempublicam sine permisso Ducis,  
majorisque ac minoris Senatus: eam-  
que legem præsentem Legato renovabant.  
Id ille pro injuria sumens perhibebat  
Venetos hoc Regi Carolo subsidium de-  
negando Siculorum Petrique Arragonii  
partes suscepisse, & quod consequeretur,  
incurrisse in censuras eorum fautoribus  
irrogatas: idcirco Venetias interdicto  
perculit. Honorio in summam evecto  
sedem tres Venetorum Legati exposue-  
re hanc sanctionem veterem non esse fa-  
ctam per contemptum Ecclesiæ Roma-  
næ; sed ad conservandam Rempubli-  
cam,

cam,

Sæcul. XIII.  
A.C. 1286.

cam, & bella evitandi gratia. Tum Papa Venetiarum Episcopum iussit interdictum tollere ea conditione, ut Veneti contra rationes Ecclesiæ Romanæ ac hæredum Regis Caroli nullam causæ Siculæ partem caperent. Scribebat 5 Augusti 1285.

Rayn. 1286.  
n. 17.

Sed Papa post hæc comperit, Ducem ac Rempublicam Venetam graves sumpsisse pœnas de civibus illis, qui rogato Legato, sed sine ipsorum consensu Regi Carolo suppetias iissent. Quapropter Episcopo Veneto aliam per epistolam præcepit, ne interdictum refingeret, priusquam Ducem ac Senatam monuisset, primum, ut declararent se decretum, de quo sermo esset, nec ad fraudem Ecclesiæ aut Regi Carolo faciendam, nec in gratiam Petri Arragonii edixisse; deinde, ut declarationem istam constitutionum suarum libro insererent; postremo, ut sententias in fautores Regis Caroli latis revocarent, iisque pœnas remitterent. Paruere Veneti, & ad Papam duos

n. 18.

Fratres Prædicatores, Minoresque tandem miserunt, qui testarentur ipsius iussa fuisse peracta. Tum Episcopo Veneto imperavit per litteras, ut interdictum abrogaret. Dabat 18 Martii an. 1286.

## §. XXXI.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1286.*Aliaæ absolutiones.*

Papa Honorius indulgit etiam Henrico Castiliæ Principi Regis Ferdinandi filio, & patruo Regis Sanctii tunc regnantis. Henricus Conradini partes secutus ob perpetratas Romæ, cum ejus Senator anno 1268 esset, multas violentias, a Papa Clemente IV proscriptus fuerat. Modo mutata rerum facie, cum spiritus feroces egestas & ærumna contunderent, poenitentiam suorum criminum significans Papæ Honorii misericordiam implorabat. Qui 8 Martii an. 1286 Gerardo Parmensi suo in Apulia Legato scripsit, ut illum absolveret ea lege, ut bona direpta vel perperam usurpata restitueret; aut, si per inopiam tum non posset, juratus promitteret id se facturum, cum primum ad meliorem fortunam pervenisset.

Papa Martinus IV Castellam censuris perculerat ob Sanctii seditionem contra Regem Alphonsum ipsius patrem: & ii, quibus mandata dederat, multos homines anathemate, multaque loca interdicto multaverant. Sed facta erat scenæ mutatio. Obierat Alphonfus: Sanctium omnes Castiliæ Regem agnoscebant. Itaque relaxandas ratus

has

n. 5.

Rayn. n. 23.

Sæcul. XIII. A. C. 1286. has censuras Honorius 7. Nov. 1286 Archiepiscopo Toletano, & Burgensi Episcopo scripsit, ut omnia interdicta hanc ob rem edita suspenderent; nec tamen Ecclesiasticos, quos horum neglectus ministeriis sacris ad tempus exclusos vel ad ea inhabiles reddidisset, abolverent; sed monerent, ut consulerent animabus suis.

Civili autem in bello Castiliæ Sugerus Gadium Episcopus contra Sanctum steterat, ut huius Principis nepotes Alphonsum ac Ferdinandum ex Ferdinando ejus fratre natu majore & Blanca Gallica natos in libertatem assereret. Sed bonus hic Præsul perdita opera in Francia exulabat suo munere & cunctis privatus bonis. Exposuit Papæ Honorio suum statuum: & Rex Philippus Pulcher cum amita sua Castellæ Principum matre preces illius fulciebat. Tum Papa Cardinalem Choletum suum in Francia Legatum jussit Episcopi huius instantationi consulere quædam regni cœnobicia adstringendo ad solvendam ei per triennium pecuniæ summam, qua cum idoneo domesticorum numero aleretur. En exemplum pensionis rogatu Regis a Papa cœnobiis imperatæ. Litteras ad Legatum dabat 18. Novembris.

*Concilium Londinense.*

Tria hoc anno concilia provincialia habebantur. Primum Joannes Pegasus Archiepiscopus Cantuariensis Londini ultimo Aprilis egit, aderantque Oliverius Lincolnæ, Godefridus Vigornæ, ac Richardus Herifordiæ Episcopi, Cantuariensis Judex in foro sacro, Cancellarius Universitatis Oxoniensis, multique Doctores alii. Hoc in conventu Archiepiscopus de hæresi condemnavit octo propositiones, quas in provincia sua de novo defensas esse audierat. I. Corpus Christi mortuum non habebat eandem formam substantialem, quam habuerat vivum. II. Sed forma nova in illud introducta fuit; ideoque nova natura, sine nova conjunctione cum Verbo. III. Intra triduum Christi mortui, si sacrum fuisset factum, panis in hanc formam novam, sive naturam corporis mortui mutatus esset. IV. A Christi reditu ad vitam per verba ad Sacramentum pertinentia panis in corpus Christi vivum convertitur, ita, ut materia panis mutetur in materiam corporis, & forma panis sit forma corporis, quæ est anima rationalis. V. Corpus Christi vivum & mortuum erat idem ex his duntaxat capit-

Sæcul. XIII.  
A.C. 1286.

capitibus, quod eandem materiam, eandem dimensiones haberet, eandem animam rationalem respiceret, in eadem hypostasi Verbi existeret. VI. Corpus hominis cujuscunque mortuum etsi nondum penitus corruptum, non est idem amplius, quod erat, cum viveret, nisi quodammodo, nempe secundum communem materiam & quantitatem: sed proprie jam non est idem corpus. VII. His in quæstionibus non Summi Pontificis, non S. Gregorii, nec S. Augustini, vel Doctoris cujuscunque, sed sacri Codicis folius authoritati, & rationi demonstrativæ cedere tenemur. VIII. Principium omnium harum consecutionum est illud, quod in homine non detur nisi unica forma substantialis, quæ est anima rationis particeps. Hoc tamen principium est S. Thomæ aperte affirmantis animam rationalem esse formam substantialem hominis, nec aliam in eo dari posse.

i. par. q. 76.  
art. 1.  
art. 4.

§. XXXIII.

*Ravennense concilium.*

Bonifacius Lavaniensis ex Ordine Prædicatorum Ravennæ Archiepiscopus anno regiminis sui undecimo, seculi hujus octogesimo sexto, octava Julii concilium provinciale habuit, cui intererant septem

septem ejus Suffraganei, scilicet Sifridus Sæcul XIII.  
 Fori Cornelii, Ugolinus Faventiaë, Ray- A.C. 1286.  
 naldus Fori Livii, Thaddæus Fori Popi- Ughell to. 2.  
 lii, Emericus Cesenæ, Henricus Sarsinæ, p. 384.  
 ac Bonifacius Adriæ Episcopi cum Pro- Sup. lib. 86.  
 curatoribus Episcoporum Bononiaë, Cer- S. 60.  
 viæ, Mutinæ, ac Parmæ. Concilii locus to 11. p. 1246  
 erat Foroliviense templum S. Mercurialis Rub. p. 464.  
 quondam ejusdem urbis Episcopi & Mar-  
 tyris, quem Ecclesia colit 23 Maji. Ar- Martyr. R.  
 chiepiscopus ibi edidit decretum in no- 23. Maji.  
 vem capitula divisum, quorum primo da-  
 mnatur mos per homines profanos intro-  
 ductus. Nempe, cum fierent Equites  
 aut mariti, accersebant ad hæc hilaria nu-  
 gatores ac ludios, mittebantque ad Ec-  
 clesiasticos cognatos suos, ut ad illo-  
 rum sustentationem pecunias contribue-  
 rent. Concilium hanc impensam illicitum  
 boni ecclesiastici usum appellat, at-  
 que, ne Clerici hoc genus hominum  
 recipiant, vel ulla re ne in transitu  
 quidem donent, prohibet sub pœna du-  
 pli Ecclesiæ dandi. Nugatorum nomi- v. Fauchet.  
 ne veniebant cantores, fidicines, tibi- poës. l. 1. c. 8.  
 cinesque, qui cantilenis suis saltationes,  
 gestusque ac sermones ridiculos ad-  
 jungebant.

Concilium Præsules & Clerum re- art. 2.  
 liquum ad beneficentiam erga paupe-  
 res hortatur, illisque, quo libentius ob-  
 sequerentur, certam pro ratione stipis in-  
 His. Eccl. Tom. XXII. Q dul-

Sæcul. XIII.

A. C. 1286.

art. 4.  
Conc. Lugd.

c. 13.

Conc. Raven.

n. 5.

Opusc. 57.

n. 7.

dulgentiam concedit. Paroeciis prædictos jubet operam odare, ut intra festum Paschatis sacerdotio inaugurentur secundum sanctionem secundi concilii Lugdunensis: & hujus canonis eludendi causa in fine anni, cujus intra spatium consecrandi fuissent, se rursus eligi curantium astutiam malam condemnat. In provincia Ravennensi moris erat, ut perpetuo residentes peculiarem ex beneficiis suis proventum perciperent ultra illum, qui non sic residentibus obveniret. Sed quidam in conclavi suo residere, ac officium quovis mense semel adire contenti erant. Quapropter concilium statuit, ut in his distributionibus quotidianis soli præsentibus officio pro residentibus habeantur, nec nisi pro ratione precum horariorum, quibus adfuerint, fructum accipiant; tantum pro psalmis antelucanis, tantum pro divino sacrificio, tantum pro cantatis precibus vespertinis, tantum pro quolibet minore penso horario. Hic videmus causam distributionum, quas vocant manuales. Hæc tamen instituta jam fuerant: quia S. Thomas eorum mentionem facit suis in opusculis. Hoc concilium decimas ex jure divino deberi pro certo sumens declarat. Episcopos religione obstrictos esse, ut eas pendendas curent. Quam ob rem vult ut proscribantur non solventes, atque

per mensem hoc in statu manserint, *Sæcul. XIII.*  
 Episcopus opem Magistratus civilis po- *A.C. 1285*  
 stulet, alioqui puniendus ipse per Me-  
 tropolitam suam, aut per concilium pro-  
 vinciale. Demum congeminat cen-  
 suras contra Magistratus coetusque decre-  
 ta ecclesiasticæ libertati confraria facien-  
 tes, quos prædiis aliisque bonis Ecclesiæ  
 beneficio acceptis privat.

Archiepiscopum Bonifacium Papa Ho- *Rub. p. 465.*  
 norius hoc ipso anno in Galliam misit  
 rogatu Regis Anglorum Eduardi, qui  
 Regem Philippum Pulchrum inter ac  
 Alphonsum Arragoniæ Regem inducias  
 agitabat, liberationem Caroli Siciliæ *Rayn. n. 3.*  
 Regis, & pacem inter omnes hos Prin-  
 cipes procuraturus. Hoc fine Papam  
 oraverat, ut in Vasconiam viros habiles  
 probosque mitteret, qui huic paci con-  
 ciliandæ operam cum ipso darent. Pa-  
 pa Bonifacium Ravennæ, ac Petrum Re-  
 galis in Sicilia Montis Archiepiscopos  
 ad illum misit: at non censuit dandam  
 eis plenam potestatem conficiendi tan-  
 tum negotium, quod plerorumque Prin-  
 cipum Christianorum interesset. Ita se  
 Regi Eduardo explicat in litteris 6  
 Nov. 1286 datis.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1286.

§. XXXIV.

*Concilium Bituricense.*

**S**imon Bellolocensis Bituricarum Archiepiscopus hoc anno die Jovis post octavam Natæ Virginis Virginum 19 Septembris pariter concilium provinciale habuit, cui ex Suffraganeis illius tres intererant, Girbertus Lemovicarum, Raymondus Rutenæ, ac Bernardus Albigeæ Episcopi. Hoc in concilio Archiepiscopus constitutionem triginta septem capitula continentem in publicum edidit, ut revocarentur in memoriam, ac executioni darentur ea, quæ prioribus in conciliis statuta fuerant. **J**udices ecclesiastici matrimonia illegitima impedire ac rescindere, & partes sine respectu qualitatis disjungere curabunt; nec alter alterius ex jurisdictione quidpiam abstraherent.

**A**mittet suum beneficium, qui proscriptus per annum manserit. Parochii libellum proscriptorum habebunt, ac dominicis festisque diebus eos publice denunciabunt. Promulgabunt etiam minimum semel singulis mensibus sanctionem Gregorii X in secundo concilio Lugdunensi factam, decretumque Legati Simonis Briensis in concilio Bituricensi anno 1277 editum contra turbatores

to. II. p. 1246  
2522.

c. 1. 2.

c. 3. 33. 34.

c. 9.

c. 10.

c. 11.

tores jurisdictionis ecclesiasticæ. Le- Sæcul. XIII.  
 gent ea Latine & Gallice, ac sedulo ex- A.C. 1286.  
 plicabunt, nequis laicus eorum ignoran-  
 tiam simulare possit. Commissos suæ fi- c. 13.  
 dei monebunt, ut quotannis minimum  
 semel Sacerdoti suo vel alii permisso ejus  
 at Episcopi conscientiam noxarum de-  
 tegant. Hoc sine constitutionem Inno- c. 14.  
 centii III in concilio Lateranensi editam, Sup. l. 77.  
 decretum Clementis IV pro Dominica- §. 52.  
 nis, & sanctionem Martini IV in gra-  
 tiam Fratrum Minorum recitabunt ac  
 exponent.

Aliquot hujus concilii canones spe- c. 18. 19. 20.  
 stant ad correctionem Regularium; & 23. 24. 25.  
 magnam disciplinæ remissionem indicant.  
 Inter alia prohibetur, ne decimas a lai-  
 cis damno parociarum sine consensu E-  
 piscopi accipiant.

Testamenta non fient nisi præsentem c. 30.  
 Parocho ob restitutiones, compensatio-  
 nesque injuriarum: ac Episcopi execu-  
 tionem testamentorum curabunt. Qui c. 29.  
 per annum integrum anathemate con- c. 31.  
 stricti hæserint, dabunt operam, ut duos  
 intra menses absolvantur; alioqui no-  
 vem librarum Parisiensium multam de-  
 pendent: & Magistratus civiles etiam  
 censuris ecclesiasticis, si opus erit, adi-  
 gentur, ut hos proscripitos ad petendam  
 absolutionem compellant capiendo ipsos,  
 & bona eorum occupando.

Q 3 §. XXXV.

Sæcul. XIII.  
A.C. 1286.

§. XXXV.

*Archiepiscopus Bituricensis suam provinciam recognoscit.*

**A**rchiepiscopus Simon Bellolocensis inspectionem provinciarum Bituricensis & Burdigalensis abhinc biennio ceptam hoc anno prosequens, comites habebat Joannem fratrem suum Bituricensem Abbatem ad S. Sulpicium, duos Fratres Minores, Lemovicensem sacris in rebus Judicem, Guidonem Nobiliacensem Collegii Pietavienis Præpositum, multosque alios. Recognitionis initium fecit die Veneris post festum S. Gregorii 17 Martii an. 1284, seu anno 1283 ante Pascha: eoque die in Essodunensem provinciæ Bituricensis Abbatiam venit, diocesim Claramontanam in Arvernia iustraturus, quam intravit 28 ejusdem mensis. Claramontium die cœnæ dominicæ 6 Aprilis delatus sequente triduo ibidem mansit. Die Martis 2 Maji Calam Dei advenit, ubi cum archetypis conferri jussit Summorum Pontificum privilegia, per quæ liberos se perhibebant monachi non tantum hac in Abbacia, verum etiam in omnibus ejus membris. Hanc primam inspectionem postero die lunæ finiit.

*Mabill. annual. to. 2.  
p. 613.  
to. 3. p. 505.  
Baluze Miscell. to. 4.  
p. 205.*

Mense

Mense Septembri, ejusdem anni 1284  
provinciam Burdigalensem obire coepit  
tandem Primas Aquitanie. Domini-  
ca post festam S. Matthæi diem, vicesi-  
ma quarta mensis illam ingressus, Picta-  
vium, exinde Liciniacum venit: ubi  
quandam ex Ordine Fontis Ebraldi Vir-  
ginem Deo sacram adiit, quæ per trien-  
nium, ut aiebant, abstinentiam colebat  
extraordinariam. Diebus lunæ, Mercu-  
rii, ac Veneris, nec cibum sumebat, nec  
potum: reliquis diebus comedebat pa-  
rum: vinum aut carnem gustabat nun-  
quam. Archiepiscopo clam loquebatur  
veluti pro tribunali sacro; sed coram o-  
mnibus: habebat secum matrem suam,  
eratque filia viri nobilis & sat divitis in  
vicinia. Inde Archiepiscopus Angeria-  
cum, Santones, Blaviam, Burdigalam  
venit.

Ibi recogniturus Abbatiam sanctæ  
Crucis, & haud ægre se admissum iri ra-  
tus, cum suis vasis argenteis illos, qui ad  
culina, a foribus, a cubiculis, a poculis  
ipsi erant, cæterosque ministros suos eo  
præmiserat: quibus comiter receptis il-  
lic epulum ei parabatur. Sed ad tem-  
plum progressus vidit oclusas portas o-  
mnes: nec apertæ sunt quantumvis in-  
stanti. Tandem Decani Ecclesiæ metro-  
politaneæ & ad S. Severinum accessere,  
atque, charissime Domine! aiebant,

Q 4 quam

Sæcul. XIII.

A.C. 1286.

quam heri Blaviæ scripseras, epistolam in senatu nostro lectam haud probarant Collegæ nostri. Archiepiscopus ad templum S. Crucis conversus Abbati & monachis non conspectis tres continenter monitiones fecit, simul januam pulsans. Tum eos anathemate percussit, ac executorem sententiæ suæ nominavit Decanum Petrocorensis ad S. Asterium, Ecclesiæ Bururicensis jurum Custodem: qui reperitis monitis & anathemate templum interdicto affecit. Cum diu ad ejus portam hæsisset Archiepiscopus, demum spectante populo innumerabili cooperatus pudore abiit. Id die S. Lucæ 18 Oct. factum.

10.2. p.62.  
655.

Benedictina Sylvæ Majoris Abbatia Burdigalensis dioeceseos illum omni honorum genere exceptit. Ibi, ut in religiosissimis Ordinis hujus coenobiis intra Abbatiam non edebantur carnes: ideo Archiepiscopus cum comitatu suo supra portam capiebat cibum. Fratrem illius Abbatem ad S. Sulpicium, quod ejusdem Ordinis esset, a comedendis carnibus impedire volebant quidam loci monachi: at ille reposuit comites suos tanquam sibi obnoxios non adstringi ad regulam: voluitque Abbatem vesci carnibus; quod etiam fecit: lauteque sunt habiti. Die Veneris 27 Oct. Archiepiscopus Petrocoram profectus ibi hujus Episcopum vidit in

in Abbazia Regularium ad <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
Fontem Cancellatum. Inspectionem ab- <sup>A. C. 1286.</sup>  
solvit die dominica, 19 Novembris.

Sequente anno 1285 die Veneris 13  
Juli dicecesim Lemovicensem lustrare or-  
sus, primum in Albapiranam Cisterci-  
ensis Ordinis Abbatiam venit. Septimo  
Augusti Maimacensem Ordinis S. Bene-  
dicti obiit, ubi monachi magnam vitæ  
licentiam usurpabant. Triduo post Oba- <sup>Sup. l. 69.</sup>  
sinæ cum esset, vicinas Virgines Deo sa- <sup>S. 40.</sup>  
cras adiit (nam geminum ibi monaste-  
rium erat, virorum alterum, alterum fœ-  
minarum) comperitque nunquam eas e  
claustris egredi, vel maribus aditum per-  
mittere præterquam Præsules aut alios  
viros illustres comitantibus. Claustro-  
rum clavem unam Antistita (Priorissam  
vocabant) aliamque Obasinensis cœnobii  
Præsides seu Prior habebat. Rara vero  
tunc erat apud sacras Virgines accu-  
rata mansionis intra claustra observatio.  
Die S. Bartholomæi Archiepiscopus in  
Dalonensi Cisterciensis Ordinis Abbazia,  
die Martis 4 Septembris Lemovici ver-  
sabat: ac recognitioni finem imposuit  
8 Octobris.

Anno 1286 die Jovis post medium  
jejunium vernum 28 Martii Archiepisco-  
pus Bituricensis in viam se dedit dice-  
cesim Cadurcensem obiturus. Domini-  
ca Ramorum 7 Aprilis erat in Abbazia

Q 5

Figia-

Sæcul. XIII.  
A.C. 1286.

Figiacensi: decimo Cadurcum advenit, ibique traduxit Pascha. Dominica *Quasi modo* in Abbatia Montalbanensi, quæ nunc episcopatus est, sequente sabbato 27 mensis in oppido S. Antonini agebat; & postmodum die diocesim Albigensem intravit. Qua lustrata 14 Maji Rutenam ingressus pridie Pentecosten 31 Maji Rutenam attigit, & ibi ferias transegit. Decimo Junii coeptam Mimatenfis diocesim inspectionem decimo septimo finit. Hoc anno plus non fecit: sequente vero diocesim Claromontanam bis obiit, primo primum, deinde autumnali tempore.

§. XXXVI.

*Henricus Archiepiscopus Moguntinus.*

*Serrar.  
Mog. p. 846.  
Chr. M. Alberti p. 101.*

**H**enricus Cnoderer Episcopus Balleensis obscuris parentibus Isenæ in Suevia natus, in Ordine Fratrum Minorum tam doctus evasit, ut pro evocatore manium haberetur. Tradita Moguntinæ Theologia sui Ordinis familiæ præerat in urbe Lucerna Constantinæ diocesim: & quia castrum Habsburgum duntaxat novies mille passibus inde distabat, Rudolphus tunc ibi residens illum noscere coepit, & conscientiam suam arbitrum esse voluit. Hoc Comite in Romanorum Re-

gem

gem cooptato, vacantem anno 1274 se. Sæcul. XIII.  
dem Basileanam cathedralis templi Col. A. C. 1286.

legium Canonico Petro Diviti per suffra-  
gia sua destinavit: & Fratrem Henri-  
cum Romam misit confirmationem Petri  
flagitatorum. Sed Papa Gregorius X  
oratore ipsi creavit Episcopum Basi-  
leensem. Parem fiduciam in Henrico  
collocans Imperator Rudolphus eum an-  
no 1286 ad Papam Honorium IV legavit *Rayn. 1286.*  
multas ob causas, inter alias ob assignan-  
dum imponendæ sibi coronæ tempus. *n. 1.*  
Ecclesia Moguntina per decessum Verne- *Trithem.*  
ri Falkensteini 2 Aprilis an. 1284 factum *Chr. Hirf.*  
ferme triennio carebat capite ob discor- *an. 1284.*  
diam Canonorum partim Petrum Di-  
vitem, cujus modo meminimus, Canoni-  
cum Basileensem, ac Moguntinum Præ-  
positum, Imperatoris Rudolphi medicum,  
partim Gerardum Epsteinium Archidia-  
conum Trevirensis eligentium. *Id. an. 1286.*  
Cum in Romana curia diu litigassent, Papa  
Honorius infirmatis electionibus Fratrem  
Henricum, qui erat Romæ Nuncius Im-  
peratoris, Moguntinum Archiepiscopum,  
& medicum Petrum Divitem, designa-  
tum jam pridem, Basileensem Episcopum  
esse jussit. Coronando Imperatori anni-  
versarium Iustratæ Virginis diem quar-  
tum Nonas Februarias anni 1287 præsti-  
tuit: ut apparet ex litteris, quas dabat  
ultimo Maji an. 1286.

§. XXXVII.

Sæcul. XIII.  
A.C. 1287.

§. XXXVII.

*Concilium Virsburgense.*

*Rayn. n. 3.4.  
Onuph.  
p. 184.*

*Annal. Col-  
mar.*

*to. II. conc.  
p. 1319.  
1332.*

*Siffrid. an.  
1287.  
Eberard.  
eod.*

Eodem tempore Papa rogante Imperatore Legatum in Germaniam misit, ubi a longo tempore nullus fuerat. Iserat Joannes Buccamacius Romanus, Tusculi Episcopus, solus ille Cardinalis, quem renunciavit Papa Honorius IV. Ejus legationem extendit propinquas in regiones, Bohemiam, Daniam, Sueciam, Poloniam, & Pomeraniam, ac potestatem illi dedit amplissimam. Legatus Basileæ consecravit novum Episcopum Petrum Divitem: ac recens Archiepiscopus Henricus præter spem suam Moguntiaë magno honore exceptus fuit.

Sequente anno 1287 Legatus Joannes Episcopus Tusculanus quarta jejunii verni hebdomade die Martis 18 Martii Virsburgi concilium habuit, cui intererant Archiepiscopi Moguntinus, Coloniensis, Salisburgensis, ac Viennensis in Delphinatu cum quibusdam Suffraganeis suis, & Abbatibus plurimis. Concilii occasio fuere comitia Principum & illustrium virorum Imperii, quos Imperator eundem in locum convocaverat. Legatus ibi edidit duos & quadraginta canones, in quibus cernimus vivendi licentiam in Ecclesia Germanica tum regnan-

gnantem. Quidam Clerici parum mo- Sæcul. XIII.  
 destiæ in vestibus suis præseferebant, A. C. 1287.

nec dubitabant frequentare cauponas, c. 1. 2. 3.  
 jacere aleas, nugari & ludere cum Vir- c. 4. 5. 6.  
 ginibus sacris in ipsarum cubiculis, cer-  
 tare hastis equestribus, alere concubinas,  
 in beneficia per dolum aut vim se intru- c. 7.  
 dere, eodem die bis sacrificare sine ne-  
 cessitate aliqua, sed stipendii causa.

Quidam Præfules tum seculares tum c. 9.

Religiosi vendebant, vel ad longum tem- c. 11. 12.  
 pus oppignorabant bona ecclesiastica per  
 simulationem contracti æris alieni. Pa-

troni ecclesiastici & laici nominabant ad  
 parœcias homines nondum ætatis an-  
 num vigesimum quintum agentes; aut  
 designabant nullum, ut interea parœciæ  
 fructus perciperent, aut etiam obstabant  
 collatoribus, ne ei providerent. c. 14.

Quidam Clerici e laicorum manibus accipie-  
 bant beneficia sine collatione Episcopi:  
 alii Clerici, laicique ex autoritate sua c. 20. 21.

capiebant possidenda beneficia & bona  
 Ecclesiæ, atque per violentiam retine- c. 22.  
 bant. Ecclesias Advocati sui, cum ex

officio deberent defendere, opprimebant,  
 ac perperam usurpabant earum bona. c. 33.

Qui cum Advocatis inimicitias gerebant,  
 earum nomine expilabant Ecclesias, quas c. 32.

illi protegere tenebantur: alii occupa-  
 bant bona cujusdam collegii, vel alius  
 Ecclesiæ propter debitum aut sponsionem  
 alicu-

- Sæcul. XIII.  
A. C. 1287.
- c. 26. alicujus Canonici, vel alius Clerici privati. Alii diripiebant bona Ecclesiarum vacantium, vel in eorum possessionem iruebant; alii venundabant, aut emebant inferiora Ecclesiæ prædia beneficiaria sine consensu Dominorum ecclesiasticorum. Inyitis pariter Præsulibus ac Collegiis per causam reparandi templa laici laicos constituebant, qui proventus ad hæc ædificia destinatos acciperent. Hæc molitio dedecori erat Clero; sed ex hujus negligentia in reficiendis his structuris probabiliter exorta fuerat.
- c. 28. Parvis in bellis tunc tam frequentibus ii, qui ædes sacras & æris campani turres occupaverant, eas in propugnacula vertebant; quapropter eorum inimici easdem incendebant, diruebantve, cum caperent.
- c. 24. Clericis non magis quam bonis eorum parcebatur. Ferebantur occisi, affecti vulneribus, mutilati, in exilium missi, comprehensi, in carceres contrahuntur; nec erat, qui hæc facinora vindicaret.
- c. 25. Episcoporum & ipsius Papæ Legati non colebantur amplius. Injectæ illis manus, inflicta verbera, adempta bona literæque suæ, ac hæc quidem dilaceratæ sæpenumero dicebantur. Prædones infestas reddebant vias publicas; & Optimates nova quotidie portoria extorquebant transeuntibus, etsi hoc inter alia Summus Pontifex quotannis die Cæ-

nae dominicae sub anathematis poena <sup>Saecul XIII.</sup> prohiberet. Episcopi lustrationes suas <sup>A.C. 1287.</sup> negligebant adeo, ut sexaginta annorum homines darentur, qui chrismate ad sacra certamina confirmati non fuerint. <sup>c. 27.</sup> Remissio disciplinae inter monachos erat <sup>c. 18.</sup> magna: quidam Abbates Prioresque se vestiebant more secularium, suosque monachos sine necessitate egredi crebro patiebantur. <sup>c. 19.</sup> Permittebatur etiam nimis facile, ut sacrae Virgines exirent, ac suo victui vestituique privatim prospicerent, inopiam coenobii causantes. <sup>c. 39.</sup> Monasteria exempta habebant apostolicos suorum privilegiorum conservatores, qui excedebant suam potestatem, & jurisdictionem suam dilatabant non sine damno Episcoporum.

Tam perverfos mores saltem ex parte pepererat longa Imperii vacatio a tempore exauthorati Friderici II, qui Germaniam ferme ad anarchiam redegerat. Concilium eis anathemata solum & interdicta adhibet, infirma tantis pro malis remedia, praesertim pro violentiis, quibus sola potestas profana, vel patientia opponi poterat. Et haec remedia eo leviora erant, quia concilium ipsum asserit interdicta parum observata fuisse. <sup>c. 13. 38.</sup> Praeterea, qui proscribi vel interdicti ob privilegia sibi per Summos Pontifices concessa non poterant, iis abutebantur. <sup>c. 42.</sup> Idcirco

VIX 2

co

§. cul. XIII.  
A.C. 1287.

c. 34.

*Trithem.*  
*Chr. Hlrs.*  
*an. 1283.*  
*Eberard.*  
*1290.*  
*Hist. Austr.*  
*1287.*  
*Ann. Col-*  
*mar. 1287.*

co Legatus in concilio recitari iussit Alexandri IV & Clementis IV sanctiones, quibus illa privilegia revocantur. Hoc concilium condemnat etiam mendicos quosdam, qui peculiarem gestantes vestem se Religiosos esse ac regulam Apostolorum sequi dicebant; & quos Papa Honorius jam damnaverat.

Eodem in concilio Legatus Papæ nomine a Clero decimam ad quinquennium poposcit: atque Rex Rudolphus præsens tantundem universo ab Imperio postulavit ex consensu multorum Procerum. Sed Archiepiscopi Siffrius Colonienfis, ac Henricus Trevirensis cum Conrado Tullensi Episcopo Legati petitionem prorsus abnuebant. Quibus jungentes se cuncti Præfules eidem ita obstitere, ut in tumultu quidam ejus nepos, & alius Nobilis Romanus necarentur, ac Legatus ipse Regis præsidio ægre se discrimini subduceret. Cum dein Papam Honorium in fine verni jejunii mortuum ante reliquos comperisset, mox Romam rediit.

§. XXXVIII.

*Conradus Tullensis Episcopus.*

Episcopus Tullensis Conradus, qui hac in re magnum sibi nomen collegit, Tubingæ in ducatu Wirtembergico hu-

mili ortus genere, postquam intraverat Sæcul. XIII.  
 Ordinem Minorum, egregia suæ doctri- A. C. 1287.  
 næ, ac ingenitæ ad regendos alios ha- Hist. eccl. de  
 bilitatis specimina dederat. Per Germa- Toul. p. 455.  
 niam superiorem Minister Provincialis Vading.  
 erat, cum eum Rex Rudolphus an. 1278 1287. n. I.  
 tanquam Procuratorem suum ad Papam  
 Nicolaum III misit jura Ecclesiæ Roma- Sup. lib. 87.  
 næ confirmandi gratia: & sequente an- S. 15.  
 no eum Papa Episcopum Tullensem di-  
 xit. Hanc sedem Ægidius seu Gillo  
 Sorcius an. 1271 per suum obitum va-  
 cuam reliquerat. Sed Canonici disside-  
 bant in eligendo successore. Plerique Hist. p. 453.  
 Joannem \* Fontenesium Lotharingiæ\* de Fonte-  
 Ducis cognatum, tres vel quatuor Gual-  
 terium \*\* Bellofremontium Comitis Ba- \*\* de Beau-  
 rii propinquum cooptarunt. Uterque fremont  
 Dominus consanguineum suum defentu-  
 rus in Tulli viciniam copias promovit.  
 Joannis Fontenesii Romam profecti ele-  
 ctio confirmata fuit: sed ante confectio-  
 nem diplomatis ibi vitam posuit. Ca-  
 nonici Tullenses denuo euntes in suffra-  
 gium iterum se dividebant inter Roge-  
 rium \*\*\* Marcæum Archidiaconum Por- \*\*\* de Marce-  
 tuensem, ac Joannem \*\*\*\* Paresium Tul- \*\*\*\* de Paroi-  
 lensis chori Præfectum. Hos duos com-  
 petitores Romæ diu litigantes cum ad-  
 duxisset Papa, ut juribus suis cederent,  
 traditionem hujus Ecclesiæ tum quidem Vading.  
 sibi reservavit, & hanc Fratri Conrado Reg. p. 136.  
Hist. Ecclesiast. Tom. XXII. R opti-

**Sæcul. XIII.** optime, quod sciebat, merito, quanquam  
**A.C. 1287.** absenti contulit. Diploma dabit 4 Oct.  
 1279.

*Vad.* 1279.  
 n. 28.

*Gall. Chro.*  
 to. 3. p. 1100.  
*Hist. de T.*  
 p. 456.

p. 460.

p. 461.

Cognomen Probi, quod Conradus habuit, fefellit authores quosdam, qui ex eo duos ejusdem sedis Episcopos fecerunt. Anno 1280 per Archiepiscopum Trevirensis Metropolitam suam consecratus, Colmarie ab Imperatore Rudolpho prædiorum possessionem accepit. Professio paupertatis, in qua suam hactenus vitam egerat, non obstabat, quo minus fervide jura tueretur sua. Certe primos pontificatus sui annos traduxit bello contra civitatem Tullensem, per octo sedis vacantis annos a subjectione desuefactam. Suppetias ei veniebant cives Viroduni ac Metarum Episcopis suis pariter infensi. Conradus urbe divinis interdicta, delatis Lorium Canonicis, ipse securitatis causa Liberdunensi castro se includere coactus est. Anno 1284 Tullum per clandestinum commercium denovo tentavit ingredi; sed frustra: tandem cives compulsi ad poscendam pacem, quam ad emolumentum suum accommodavit. Legatus petitioni suæ repugnantem in concilio Virsburgensi Conradum anathemate percussit, quod etiamnum durabat ineunte anno 1288, ut liquet ex contradictione Comitis Barrii, cum Conradus comminationem in ipsum

ipsum edidisset. Hic Præsul occubuit an-  
no 1296 vicesima prima Augusti.

Sæcul. XIII.  
A.C. 1287

Vading.  
1296. n. 6.

§. XXXIX.

*Pactionem de Sicilia Papa rejicit.*

Consultatio de libertate paceque Caroli Salernensium Principis cum Alphonso Arragonum Rege ac Jacobo hujus fratre non successit ad votum Papæ Honorii. Eduardus Anglorum Rex concordie conciliator induxit Carolum, ut Jacobo Arragonio Siciliam integram, & in Italia archiepiscopatum Rhegiensem cederet, & a Papa posceret confirmationem pacti hujus una cum revocatione sententiæ in Regem Arragoniæ Petrum, Reginam Constantiam ejus conjugem, & amborum filios Alphonsum Jacobumque. Carolus has pacti conditiones ad Papam misit: qui eas respuit ut Carolo noxias, & in Romanam Ecclesiam injurias, cui Constantia & duo ejus filii nullum poenitentiae aut submissionis indicium, ac ne verbulum quidem bonum dedissent. Attamen Carolo solatium dandi gratia permisit, ut, quamdiu Barcinone captivus esset, per Præfectos sacelli sui remissa voce sacrum, divinumque officium pro se ac suis fieri curaret non obstante Cataloniae interdicto. Hæ duæ litteræ datæ sunt 4 Martii an. 1287.

Rayn. 1287.  
n. 4.

Gall. Chr.  
to. 3. p. 1127.

R 2

Papa

Sæcul. XIII.

A. C. 1287.

Rayn. n. 9.

Papebr. conat.

Papa Honorius IV his non superstitibus nisi mensis unius spatio Romæ in palatio, quod prope templum S. Sabinae construxerat, obiit die Cœnæ dominicæ 3 Aprilis, ac sepultus est in S. Petri, postquam biennio, biduoque federat. Sacra dein sedes decem mensibus, & octo diebus vacavit.

## §. XL.

*Pueri a Judæis necati.*

Boll. to. 10.

p. 700.

19. Apr.

Hoc ipso mense Aprili anni 1287 perpetrata a Judæis Vefaliæ in dicecesi Trevirensi cædes pueri Christiani dicitur. Is quatuordecim habebat annos, Vernerus nomine, natus ruri, ac de labore suo vivere assuetus. Vefaliam delatum Judæi operæ diurnæ pretio conduxerunt ad glebas portandas in cellam subterraneam. Hospita ei sua, Vernerus inquebat, cave tibi a Judæis! Parasceve imminet: illi te devorabunt. Reposuit: Committo me Deo. Die Cœnæ dominicæ sacra confessione perpurgatum, ac divino refectum epulo per speciem faciendi operis in cellam adduxere; ubi glante plumbea, ne clamaret, in os intrafa, subversum, seu demisso ad terram capite, ut hostiam acceptam redderet, ad palum astrinxerunt. Sed spe lapsi non dubitabant miscellum flagris conscindere, cultris

1175  
 10756  
 Saecul. XIII.  
 A. C. 1287.

cultris venas corporis omnes aperire, ac forcipibus premere, quo plus sanguinis inde traherent. Triduo sic suspensum tum pedibus, tum collo tenebant, donec sanguis cessaret fluere.

Hac in domo Judæi Christianam habebant famulam, quæ viso clam facinore urbanum Prætozem compulit, ut in rem præsentem veniret. Quo pecunia corrupto illi cadaver noctu in navem detulere Moguntiam devehendum. Sed orto die ter mille passuum duntaxat iter emensi, corpus, quod deprimere in aquam non potuerant, prope Bacharacum in quandam speluncam parvulam rubis ac lentibus tectam abdidere. Sed cum arcium vicinarum vigiles multis noctibus lumen aliquod supra hunc locum vidissent, extractum hic cadaver in Bacharacense forum justitiæ pro more delatum per testimonium Christianæ famulæ detecta rei veritate in propinqua ædícula S. Cuniberto Archiepiscopo Coloniensi sacra sepultum fuit. Illuc frequens confluit populus, & multa ibi miracula fiabant.

Coævi annales quidam ad sequentem annum 1288 referunt id, quod sequitur. Ut agebant in Alsatia, Judæi apud Regem Rudolphum questi fuerant de probrosa nece suorum pluribus quam quadraginta per Christianos immerito il-

Ann. Col-  
 mar. ap.  
 Boll. to. 10.  
 p. 703.

R 3                      lata:

Sæcul. XIII. A. C. 1287. lata: & hi vicissim conquerebantur de Christiano ab illis anniversaria orbis re-  
 dempti die in cella subterranea clancu-  
 lum occiso. Judæi vicies mille argenti  
 selibras Regi Rudolpho promiserunt, ut  
 ipsis jus diceret contra incolas Nefalie  
 ac Baudobrigæ, atque carceri a se man-  
 datum Hebraicæ legis Doctorem seu  
 Rabinum in libertatem assereret. Au-  
 diit eos Rex, ac e vinculis exempto ho-  
 mine, illarum urbium cives bis mille ar-  
 genti selibris multavit. Præterea Ar-  
 chiepiscopum Moguntinum adigit, ut e  
 suggestu sacro ediceret Christianos Ju-  
 dæis magnam fecisse injuriam; & loco  
 honoris, qui Venero veluti Sancto habe-  
 retur, ejus cadaver igni, cineres vento  
 dandos esse. Huic Archiepiscopi fermo-  
 ni aderant Judæi quingentis plures arma-  
 ti, ut Christianos, qui obloqui vellent,  
 comprimerent.

Vidimus priore seculo Judæos accu-  
 fatos esse de pueris hebdomade sacra cæ-  
 sis: & multa horum exempla attuli. In-  
 venio plura in sæculo, cujus historiam  
 nunc scribo. Ajunt, anno 1220 quem-  
 dam Henricum nomine peremptum in  
 Alsatia. An. 1235 puerum Norvici in  
 Anglia cruci affixum. An. 1236 multos  
 prope Fuldam interfectos, & cadavera  
 Hagenoam translata. An. 1255 Hugo-  
 nem novem annorum puerum Lincolnie  
 in

*Sup. lib. 73.*

*§. 40.*

*Boll. to. 10.*

*p. 505.*

*id. to. 8.*

*p. 589. D.*

*to. 10. p.*

*505. D.*

*to. 8. p. 589. B.*

*to. 10. p.*

*838. D.*

in crucem actum. An. 1261 puellam Sæcul. XIII.  
 septennem Forshemii in marchionatu A. C. 1287.  
 Badensi. An. 1287 puerum nomine Ru- Annal. Ste-  
 dolphum Bernæ in Helvetia. Alium ron. Freker.  
 Monachii in dicecesi Frisingana. An. to. 1.  
 1289 alium in Suevia necatum. Qui Boll. to. 10.  
 dam authores dicunt Judæos crudelita- p. 703. E.  
 tes istas commisisse, ut sanguinem Chri- p. 504. 505. B  
 stianum acciperent, & ad remedia seu  
 operationes magicas adhiberent. Sed  
 rationes, quas reddunt, tam ignominio-  
 sæ sunt ac frivolæ ut eas memorare me-  
 pigeat. Cæterum his ex factis nullum  
 video manifestis declaratum indicium:  
 parumque interest illa demonstrare, nisi  
 forte ob cultum quibusdam ex his puta-  
 tis Martyribus tributum. Nam Ecclesiæ  
 non refert nisi sanam ad fidem traduce-  
 re, non evertere, aut odiosos facere Ju-  
 dæos.

## §. XLI.

*Querelæ de Judæis Angliæ.*

In Anglia graves de Judæis querimonie  
 jactabantur, ut apparet ex epistola Pa-  
 pæ Honorii ad Archiepiscopum Can-  
 tuariensem ac Suffraganeos ejus, in  
 qua sic loquitur: Habent librum, quem  
 Talmud vocant, plenum rebus falsis, & Rayn. 1286.  
 abominandis; hunc legunt assidue: hunc n. 25.  
 liberos suos a teneris unguiculis discere  
 jubent:

R 4

jubent:

Sæcul. XIII. jubent: hujus existimationem præ lege  
 A.C. 1287. Moysis eisdem instillant. Conantur  
 Christianos ad suam sectam adducere:  
 & hoc fine invitant eos ad mensam suam  
 & ad synagogas cunctis sabbatis ac fe-  
 stis diebus suis adeundas, ut suum Dei  
 cultum eis ostendant: unde fit, ut in  
 mentibus multorum spectantium aliquid  
 Judaicæ superstitionis hæreat. Curant  
 etiam, ut Judæi Christo adjuncti ab eo  
 desciscant: ideo donant eos, & mittunt  
 in loca, ubi cogniti non sunt: aut si lu-  
 brici hi neophyti in parœciis, ubi sacro  
 fonte tincti sunt, manent, ibi mali ex-  
 emplum vitam ducunt cum dedecore no-  
 stræ fidei. Quos in servitiis habent, Chri-  
 stianos, diebus dominicis ad opera ser-  
 vilia adigunt. Christianas nutrices pro  
 liberis conducunt suis: hinc non raro  
 accidit, ut diversæ religionis personæ  
 pravum ineant commercium. Quotidie  
 suis in precibus Christianos diris de-  
 vovent, & alia committunt mala. A-  
 liqui vestrum, ut his mederentur, sæ-  
 pe rogati hoc neglexisse dicuntur. Quo-  
 circa volumus, ut id agatis per inhibiti-  
 ones & pœnas sacras profanasque ac mo-  
 dos alios, quos in concionibus vestris ex-  
 primatis. Dabat 28 Nov. 1286.

## §. XLII.

Sæcul. XIII.  
A.C. 1287.*Sanctiones synodicae Episcopi  
Exoniensis.*

Executionem rei cernimus in sanctionibus synodicis a Petro Quivilio Episcopo Exoniæ ac Suffraganeo Cantuariensi editis 16 Aprilis an. 1287. Quoddam earum capitulum sic inchoatur: Christus ad Judæos dixit: *Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus.* Unde manifesto liquet, Christianos esse liberos, ac Judæos illis fuisse subditos per servitutem perpetuam. Doctis relinquo judicandum, an hic Evangelii locus potestatem profanam respiciat. Synodus ergo instar concilii Lateranensis prohibet, ne Judæi nutrices aliosve domesticos Christianos habeant, nec publica gerant munera. Vetat etiam, ne Christiani apud eos cibum capiant, vel medica eorum opera utantur.

Per has sanctiones synodicas Clerus fuisse docetur administrare Sacramenta, & omnia sua munia obire. En illa, quæ notatu digniora mihi videntur! Infantes, cum baptismum acciperent, adhuc in aquam immergebantur etiam domi, immo in casu necessitatis: ac extra periculum pridie Paschatis ac Pentecostes portabantur in templum solenni ritu a-

R 5

quis

to. II. conc.

p. 1263.

art. 49.

Matth. 21.

v. 43.

Later. 3.

c. 26.

Sup. Lib. 73.

§. 21.

art. 2.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1287.

art. 3.

art. 4.

a. 5.

a. 31.

p. 1292. E.

p. 1272. B.

a. 5.

a. 6.

quis vitalibus abluendi. Post baptisma, ut primum fieri poterat, ad summum intra triennium sacra chrismatis unctione confirmabantur. Cum Sacerdos coelestem hostiam extollit, præsentibus in templo, ait Episcopus, non contenti erunt se inclinare, sed in genua procumbent tintinnabuli sono moniti. Augustissimam Eucharistiam ad ægros gestam comitantibus tredecim dierum indulgentia conceditur. Stimulantur Christiani, ut ter quotannis, ante Natalem Christi, Pascha & Pentecosten, aut saltem initio verni jejunii conscientiae labes patefaciant Sacerdoti proprio, vel alii ejus permisso, sine quo alter non posset eos absolvere. Medicus ad ægrum accitus eum ante omnia exhortabitur, ut arcanum Judicem suum accersat. Dabantur etiam tum poenitentes publici, quos expiationum Præfectus audiebat initio verni jejunii: eratque vetitum, ne commutaretur poena publica, vel pecuniis redimeretur. Fratres Prædicatores Minoresque dicecesim confessionum gratia transeuntes, ob magnos fructus, quos verbi divini præconio, sanctaque vita sua Ecclesiae pariunt, honorifice recipientur, alenturque. Parochi rudibus errorem eximent supremum inungi se ægre patientibus, quia putant sibi postea non liciturum amplius nudis

nudis pedibus ire, carnibus vesci, & ma-  
trimonio uti.

Sacerdos ad portam templi conjun-  
get nuptias. Pellicibus assueti cogentur C.

jurare ducturos se conjugem, si malam  
ad consuetudinem redierint. Qui am-  
biunt sacros Ordines, examinent con-  
scientiam suam, quo fine ad eos aspirent,

Deone ac Ecclesiæ melius serviendi gra-  
tia, an ob commodum temporale ac de-  
siderium extorquendi beneficia iis, a qui-  
bus illos acceperint. Hic apparet Epis-  
copos metuisse, ne ab iis, quos consecra-  
rent sine titulo mensæ, ad sustentationem

ipsorum urgerentur ex decreto tertii  
concilii Lateranensis: ideo titulum pa-  
trimonii verum ac expertem fraudis exi-  
gebant. Quidam Parochi curabant æ-

ris campani pulsu signum ad sacrum in  
absentia sua dari magna populi offensio-  
ne, in templo neminem videntis, qui il-  
lud faceret. Alii ut canonibus parerent,

sacerdotio inaugurati primum sacrificium  
nimio plus differebant, canones de hoc  
non loqui causantes. Etiam tum per-  
mittebatur, ut Sacerdos eodem die bis

sacrificaret funeris causa. Feriæ Nata-  
les Christi octo, Paschatis quatuor, Pen-  
tecostes totidem solenni religione ac ce-  
remonia celebrabantur.

Harum sanctionum aliquæ tendunt  
ad conservandam ecclesiasticæ jurisdic-  
tionis

Sæcul. XIII.

A.C. 1287.

a. 7. p. 1273.

C.

a. 8.

Conc. Lat.

c. 5.

Sup. lib. 73.

§. 21.

Syn. Exon.

a. 21.

p. 1286.

a. 23.

a. 30. 41. 42.

tionis

Sæcul XIII.  
A.C. 1287.

a. 43. 44.

a. 50.

a. 52.

*Cang. gloss.*  
*Mortua-*  
*rium.*

a. 53. 54.

tionis amplitudinem illo tempore con-  
fuetam, & ad coercendas hominum pro-  
fanorum violentias contra Clerum. Fit  
moderatio anathematum: prohibetur, ne  
Judex aliquo utatur in causa sua: sed  
quoties jurisdictionem suam tueretur,  
causæ publicæ defensor declaratur. Quæ  
ad testamenta pertinent, fusc præscribun-  
tur, tanquam fori sacri omnino propria.  
Commendatur pensio juris, quod mor-  
tuarium dicitur, consistens in certo nu-  
mero pecorum, aliorumque mobilia,  
quæ parochiale templum accipiebat ex  
hæreditate cujuslibet mortui, ut præsta-  
rentur damna decimarum, aliorumve ju-  
rium, quæ is non pependisset. Sed jus  
illud non ubique statutum erat. Impe-  
ratur denique severa decimarum exactio,  
& dona memorantur minimum quater  
quotannis offerenda. Generatim hæc  
sanctiones ad conservanda commoda  
Cleri temporalia magis quam ad concili-  
andam ei observantiam & amorem po-  
pulorum pertinent.

§. XLIII.

*Concilium Mediolanense.*

to. 9. v. 1334.  
Sup. l. 85. §. 8  
Corio. to. 1.  
p. 340.

Idem ferme propositum cernitur in con-  
cilio, quod Mediolani hoc anno die  
Veneris 12 Septembris in templo S. The-  
clæ habuit Otto Pro - Comes præclaræ  
sedis

fedis hujus possessor per annos sex ac vi-  
 ginti. Aderant ibi Episcopi quampluri-  
 mi, & omnia Ecclesiarum provinciæ ca-  
 thedralium Collegia Oratores eo mise-  
 rant. Episcopi Brixianus ac Vercellen-  
 sis de proximo post Archiepiscopi solium  
 loco disceptabant: quem cum prior ob-  
 tenuisset, Vercellensis ad Papam appel-  
 lans abiit. Id concilium hæc constituit.  
 Sanctiones Summorum Pontificum, ac  
 Imperatoris Friderici II leges contra hæ-  
 reticos observentur! Abbates & Abba-  
 tiffæ, Religiosi, ac Deo dicatæ Virgines  
 non adeant exequias! Nemo Clerico-  
 rum coenobia Virginum intret; canes  
 vel aves habeat; aut venatum eat; ne-  
 mo illorum Ecclesiæ bona, seu possint  
 moveri, seu nequeant, alienet, vel oppi-  
 gnet; nemo accipiat, aut accepta reti-  
 neat. Perjuri excludantur ab omni actu  
 legitimo, & a quovis regimine ecclesia-  
 stico: quod Episcopi in sua quisque sy-  
 nodo, singulique Parochi in templo pro-  
 mulgent suo. Si legata pia executioni  
 non dentur intra mensem, Parochus id  
 Episcopo significet. Parochi habeant  
 tertiam tum eorum, quæ locis sepulturæ  
 legata fuerint, tum doni intra exequias  
 collati. In periculo vitæ ad administra-  
 da Sacramenta alius nemo quam Pa-  
 rochus accersatur. Nullus Sacerdos  
 templum construat contra jus alterius,  
 aut

Sæcul. XIII. aut hæc permissu Episcoporum aliquan-  
 A. C. 1287. templum interdicto, ipse anathemate af-  
 ficiatur. Hæc sunt præcipua concilii  
 Mediolanensis decreta.

## §. XLIV.

*Remense concilium.*

*Marlot to. 2.  
 p. 579.*

Episcopi Franciæ magna privilegia per  
 Summos Pontifices Religiosis Men-  
 dicantibus concessa indigne tulerant, ut  
 liquet ex epistola, quam Guilielmus Fla-  
 vacurtius Archiepiscopus Rothomagensis  
 Archiepiscopis trium provinciarum suæ  
 confinium, Petro Remensi, Ægidio Se-  
 nonensi, ac Joanni Turonensi scripsit, ubi  
 sic loquitur. Assidue nobiscum reputa-  
 mus pericula cunctis Præsulibus immi-  
 nentia a litteris, per quas Fratres Præ-  
 dicatores Minoresque copiam concionan-  
 di, confitentibus dandi operam, & pœ-  
 nas injungendi a Papa impetrarunt.  
 Idcirco post maturam deliberationem  
 cum Præsulibus, quos nuper potuimus  
 Parisiis invenire, nobis videtur opus, ut  
 in diem S. Remigii Metropolitæ suum  
 quisque concilium convocent, in quo  
 non Episcopi modo, verum etiam Orato-  
 res Collegiorum, Abbates, Decani ruris,  
 & alii Ecclesiastici probi doctique con-  
 sultationem, & communem habeant consul-  
 tationem, quænam ineundæ sint viæ de-  
 clinan-

clinandi discrimina nobis generatim omnibus instantia. Post hæc concilia Metropolitanæ quosdam Præsules ex quavis provincia deligent, qui hoc negotium sumptu communi gerant: nos enim haud invenimus adhuc Oratores, qui id suscipiant, nisi cum ipsis in Romanam curiam aliqui mittantur Præsules, cum Episcoporum præcipue hoc interesse dicant. Fuit autem Parisiis ultimo statutum, ne Fratres Mendicantes nostris in diocesisibus interim suis privilegiis uti patemur, quia his tribuerent sensum, de quo Papam cogitasse vero simile non esset; & quia his in materiis per jus nobis liceret expectare mandatum alterum. Dabat die Mercurii post festum S. Petri primo Julii anno 1282. Præsulum conventus, cujus mentio hic fit, erat habitus 6 Decembris an. 1281.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1287.

Sup. Lib. 87.  
p. 59.

Petrus Barbetus Archiepiscopus Remensis non est tam cito executus consilium Rothomagensis Archiepiscopi: nec nisi per iteratas suorum Parochorum querimonias coæctus, anno 1287 tandem concilium congregavit suum, cui aderant Robertus Laudini, Thomas Bellovacæ, Guido Novioduni, Guilielmus Ambiani, Galterus Silvanecti, Jacobus Tarrannæ, ac Michaël Tornaci Episcopi omnino septem cum Oratoribus Sueffionensis, & Cameracensis Episcoporum.

Hoc

Sæcul. XIII.

A. C. 1287

to. 11. Conc.

p. 1137.

Hoc in concilio epistola synodica fuit confecta in hanc sententiam. Haud ignoratis magnam controversiam nos inter & Fratres Prædicatores Minoresque natam ex concessa iis per Martinum IV copia audiendi sacras confessiones, cui sensum tribuunt manifeste contrarium iuri communi, conciliis, decretis Paparum, ac menti datoris ipsius. Hinc ortæ sunt multæ offensiones, & animarum pericula, quarum rationem Deo reddere debemus. Jam sæpius illos, ut desisterent a coeptis, nec functiones Episcoporum agerent, amice inducere tentavimus; sed frustra. Igitur in diem lunæ S. Michaeli sacram nobis convocandum Remos erat concilium provinciale, in quo concorditer statuimus id negotium in curia Romana persequi, donec ibi prorsus expediretur. Et quia id sumptui nobis erit, consensimus, ut eam ob causam intra Pascha nos Archiepiscopus & quivis ex Episcopis nostris Suffraganeis nostrorum hujus anni proventuum vicessimam solvamus; atque singuli provinciae Abbates, Priores, Decani, Collegia, & Parochi centesimam dependant. Hæc litteræ dabantur die S. Remigii prima Oct. 1287.

*Raymundi Lulli initio.*

Hic erat annus quo primum in Romanam curiam venit Raymundus Lullus postea tam cognitus fama tam ambigua. Majoricæ sub annum 1235 nobilibus ortus est parentibus e Catalonia advectis cum Jacobo Arragonum Rege, qui insulam Balearium Majorem sibi armis subjecit. Annos triginta natus animam ad melioris vitæ consilia appulit, cum Majoricæ esset regię domui præfectus, & matrimonio junctus, sed amoribus nefariis deditus. Quodam vespere suum ad lectum sedens, ac de foemina, quam amabat, cantilenam Catalonica lingua sua scribere orsus ad dextram Christum in cruce vidit, aut videre sibi visus est. Spectaculo territus ommissa cantiuacula sua cubitum concessit. Postridie eam denuo inchoans eandem iterum visionem habuit: Ita per unam hebdomadem quinquies factum brevi pauculorum dierum intervallo. Ultimo, cum petiisset lectum, noctem traduxit meditando, quid sibi vellet hæc visio? Post magnam mentis agitationem credidit Deum a se poscere, ut remisso rebus vanis nuncio ipsi se totum dicaret.

Boll. 30.  
Jun. to. 23.

p. 644.

Vading.

1275. n. 10.

Sup. lib. 8c.

S. I.

Boll. p. 661.

Sæcul. XIII.

A. C. 1287.

Coepit igitur secum quærere, quodnam servitii genus Deo esset gratissimum? Et censuit illud fore, si pro ipso vitam daret Saracenos ad sanam religionem adducere studens. At in se ipsam descendens agnovit scilicet se ne grammaticam quidem doctum exequendi tam magni consilii adjumentis omnibus carere. Hæc eum consideratio graviter afflixit. Cogitavit tamen componere librum adjungendis Christo ethnicis aptiorem, quam qui unquam conscriptus esset. Hac in sententia obfirmavit animum, quanquam ignarus, quo rem modo aggredetur. Tandem Papam, Regesque ac Principes Christianos adire statuit & hortari, ut in variis regionibus cœnobيا constituerent, ubi Arabica & reliquæ ethnicorum linguæ discerentur, & unde evocarentur viri apostolici, qui eos ad unius veri Dei notitiam cultumque perducerent.

Itaque postero mane templum ingressus, multas inter lacrymas oravit Deum, ut per ipsum perficeret, quod inspirasset. Vitæ mollis ac voluptatum consuetudo trimestri post hæc spatio in magno eum tepore detinuit. Sed die S. Francisco sacra in Majoricensi Fratrum Minorum templo Episcopi cujusdam hunc Sanctum amore Christi abdicasse omnia exponentis concione audita commotus, mox ven-

venditis bonis suis præter modica sustentandis cum uxore liberis reservata domum nunquam repetendam reliquit anno circiter 1266. Primum sacras peregrinationes obiens Rupem Amatoris in Cadurcensi agro ibique Dominam Nostram, S. Jacobum in Gallæcia, & alia loca religiosa adiit, semper Deo propositum commendans suum. Deingrammaticæ aliisque litteris quibusdam ad suum finem idoneis operam navandi gratia Parisios petitulo sui cognati amicitique ac præsertim S. Raymundus Pagnafortius, ut Majoricam rediret, persuaserunt anno 1267. Tum abdicata vestium elegantia, panno, quem invenire rudissimum potuit, amictus grammaticam, id est, linguam latinam, & ab empto mancipio Mahometano Arabicam didicit.

Novem post annis sive anno 1276 accidit, ut hoc mancipium impiam in Christum vocem absente Raymundo jaceret: qui re comperta ei alapam inflixit. Homo pessimus inde tantam concepit iram, ut quodam die, cum solus cum illo ageret, ejus stomachum cultro appeteret terrificam voce clamans: Peristi. Raymundus etsi non leviter saucius dearmatum ligari & in carcerem compingi jussit, dubius, quid de illo statueret: nam & nolebat eum necari, & vitæ timebat

Sæcl. XIII.

A.C. 1287

mebat suæ, liberum si dimitteret. Pre-  
cantem Deus absolvit metu. Quippe  
cum ille improbum adiret, is in carcere  
sibi gulam laqueo, quo erat vinctus, fre-  
gerat.

Postea Raymundus montem ab ædi-  
bus suis parum remotum conscendit,  
tranquillius ibi contemplationi rerum cœ-  
lestium vacaturus. Ibi consumptis pœ-  
ne octo diebus formam libri, quem con-  
tra ethnicorum errores meditabatur,  
mente concepit subito. Quod illustra-  
tioni divinæ tribuens suum componere  
librum instituit, quem primo magnam ar-  
tem, tum artem generalem vocavit. Eo-  
dem fine plures alios scripsit, principia  
ibi generalissima explicans, e quibus de-  
scendit ad notiones magis singulares pro  
captu lectorum. Interea dum agebat in  
casa, quam sibi hoc in monte construxe-  
rat, & amplius quatuor mensibus inco-  
luit, quodam die precibus occupatum in-  
visit juvenis pastor egregia facie ac hil-  
lari, qui ei de Deo, Angelisque ac rebus  
cœlestibus unius horæ spatio tantum de-  
liciarum exposuit, quantum alius per bi-  
dium totum dicere illius iudicio non  
potuisset. Hic pastor visos Raymundi  
libros osculo appetiit in genua provola-  
tus, ac Ecclesiam magnos inde fructus  
capturam asseruit. Raymundus, qui pa-  
storem nec conspexerat unquam, nec

memorari audierat, hoc ejus alloquium Sæcul. XIII.  
A.C. 1287.  
stupebat.

Rex insulæ Raymundum plures jam libros bonos contexuisse audiens, Cesseronem, ubi tunc erat, venire eum jussit. Eo delatum ipsum ac libros ejus per quendam Minorum Ordinis Religiosum examinari voluit: qui piæ ejusdem meditationes in singulos anni dies admirabatur. Raymundus Cesserone librum conscripsit, quem nominavit artem demonstrativam, & publice ibi explicavit. Permovit Regem, ut in sua insula pro tredecim Fratibus Minoribus Arabicam docendis linguam coenobium conderet, & annuo quingentorum florenorum reddito instrueret. Tum ille Romam petiit, *Vading.* Papæ & Cardinalibus futurus author, *1287. n. 2.* similia ut monasteria, ubi discerentur linguæ, in variis orbis partibus extruerent, dotarentque. Sed Romæ comperiens Papam Honorium modo extinctum esse, Parisios versus iter suscepit, artem, quam a Deo accepisse se credebat, ibi cum aliis communicandi gratia: fluebat annus 1287.

## §. XLVI.

*Nicolaus IV Papa.*

Apostolica sedes per reliquum hunc annum permansit vacua. Nam Cardinales

S 3

nales

Sæcul. XIII.  
A.C. 1288.

*Ptolem. ap.*

*Rayn. 1288.*

n. 1.

*Vading. eod.*

n. 1.

*Papebr. conat.*

*Vading.*

1272. n. 3.

*Sup. lib. 86.*

§. 16.

nales electionis causa Papæ Honorii palatio prope S. Sabinæ inclusi per æstatem ibi aërem tam insalubrem experiebantur, ut multi ægrotarent, ac sex aut septem occumberent; inter alios Jordanus de Urfinis, Contius Mediolanensis, Hugo Anglus, & Gervasius Angevinus. Cæteri suam quisque domum abiere. Cardinalis Hieronymus Asculensis Episcopus Prænestinus in palatio solus hærebat incolumis: atque ut a morbo sibi caveret, totam per æstatem cunctis in conclavibus ignem faciendum curabat. Sic purgato aëri superveniente hyeme congregati denuo Cardinales prima junii verni dominica, quinta decima Februarii anno 1288 mox primis & concordibus omnes suffragiis cooptarunt Episcopum Prænestinum: qui acquisito jure suo bis cessit, nec in electionem consensus nisi demum sequente dominica die Cathedræ S. Petri. Erga Nicolaum III, cui purpuram debebat, gratissimus Nicolai IV nomen assumpsit sibi, coronatus die Mercurii 25 ejusdem mensis die S. Matthiæ.

Asculi in Marchia Anconitana natus, postquam Minorum Ordini sese addixerat, Doctor Theologiæ evasit; dein per S. Bonaventuram tunc Ordinis Ministrum Generalem provinciæ Dalmaticæ præpositus fuit: unde Constantinopolim an.

1272

1272 missus a Gregorio X Nuncius non-  
 dum venerat, cum Ordini toti præfe-  
 ctus est in comitiis Lugduni 20 Maji an.  
 1274 celebratis. Triennio post in Pata-  
 vinis, quibus adesse nequibat, comitiis,  
 cum deponere munus cuperet, confir-  
 matus; sequente anno 1278 a Papa Ni-  
 colao III Cardinalis Presbyter de S. Po-  
 tentiana, & an. 1281 vigesima tertia  
 prilis a Martino IV Episcopus Prænesti-  
 nus creatus fuit. Hic primus ex Ordi-  
 ne Minorum Papa per quadriennium,  
 quo sacram sedem tenuit, secreto favit  
 partibus Gibellinorum, quibus tota ejus  
 familia addicta erat, etsi Paparum par-  
 tibus adversarentur. Romæ honoribus  
 auxit prosapiam Columnarum, sed Guel-  
 fos ac Regem Carolum depresso.

Primas in regnum Siculum conver-  
 tens curas, 15 Martii hoc anno 1288 ad  
 Alphonsum Arragoniæ Regem monitio-  
 nem misit, ut Regi Siciliae Carolo liber-  
 tatem redderet, ne quod auxilium Jacobo  
 Arragonio fratri suo ferret, atque ut in-  
 tra sex menses sacrae Sedi se sisteret, a-  
 lioqui spirituales temporalesque subiturus  
 poenas. Deinde 25 Martii Romæ in  
 templo Lateranensi litteras promulgavit,  
 in quibus ajebat: Quamvis Sedes apo-  
 stolica pluribus modis hæctenus Jacobum  
 filium Petri quondam Regis Arrago-  
 num aggressa fuerit, nos tamen initio

Sæcul.XIII.  
 A.C.1288.

Vading.

1274. n. 32.

Id. 1277. n. 8.

Id. 1278. n.

18. 19.

Ughell. to. I.

p. 243.

J. Villani

l. 7. c. 118.

Rayn. u. 10.

II. 12.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1288.

pontificatus nostri experiri volumus, an in illo scintilla pietatis ulla supersit. Quapropter illum & Siculos, ut ad officium erga nos suum redeant, commonemus, alioquin remedia malo spiritualia æque ac temporalia adhibaturi, prout expedire viderimus. Die Pentecostes 16 Maji Papa iterum Regem Jacobum & Siculos palam citavit.

## §. XLVII.

*Creatio Cardinalium.*

In vigilia ejusdem festi creavit sex Cardinales; & primum quidem Berardum Berardium Calii in Ducatu Urbinate ortum, quem Martinus IV Auximense in Marchia Anconitana Ecclesie

*Ughell. to. 1.*  
*p. 560.*

*Onufr. p. 186*  
*Vading*

*1288. n. 2.*  
*Vading.*

*1281. n. 6.*

*Id. 1287. n. 4.*

præfecerat. Nunc ille cum purpura episcopatum Prænestinum, & hinc titulum accepit suum. Secundus erat Matthæus Aquaspartanus in Umbria Ordinem Minorum Tudertino in cœnobio professus, Theologiæ Doctor Parisiensis, a Martino IV sacri palatii Magister factus anno 1281, cum Frater Joannes Pecanus fuisset ad Sedem Cantuariensem electus: & anno 1287 Matthæus electus est in duodecimum sui Ordinis Ministrum Generalem. Fuit Cardinalis Presbyter tit. S. Laurentii in Damasco, ac præesse Ordini perrexit, donec successor cooptaretur.

retur. Tertius erat Hugo Sevinus Bil-  
lemi in Arvernia natus, Ordinis Prædica-  
torum, Cardinalis Presbyter tit. S. Sabi-  
næ. Quartus fuit Petrus Peregrossus  
Mediolanensis Cardinalis Diaconus de  
S. Georgio, celeberrimus Jurisconsultus, qui  
Ecclesiæ Romanæ Pro-Cancellarium  
egerat. Duo reliqui Diaconi erant No-  
biles Romani, prior Napoleon de Urfinis  
antehac Ecclesiæ Romanæ Hypodiaco-  
nus, Papæ a facello, & Canonicus Pari-  
siensis, nunc Cardinalis de S. Adriano;  
alter de S. Eustachio Petrus Columna  
maritus; sed cum ita promotus esset,  
actutum conjux ejus in cœnobium quod-  
dam se abdidit, ubi ad continentiam se  
voti religione obstrinxit.

## §. XLVIII.

*Epistola Papæ ad Canum Tartarorum.*

Papa Nicolaus vix suum folium conscen-  
derat, cum de Tartaris quam pluri-  
mis Christo adjunctis jucundum acce-  
pit nuncium. Episcopus quidam Ber-  
sauma dictus, quidam Nobilis Sabadinus  
nomine, Thomas Anfusius, & Hugo in-  
terpres attulerunt illi litteras Argonis Ma-  
gni Mogolum seu Tartarorum Cani, qui  
Sultano Achmeto cognato suo, in fra-  
ternum Abacæ locum suffecto quatuor

*Vading.*  
1288. n. 3.  
*Rayn eod.*  
n. 33. 36.

Sæcul. XIII.  
A.C. 1288.

*Bibl. Orient.*  
p. 72. 127.

*Vading.*  
1284. n. 3.

abhinc annis successerat. Achmetus Mogolum odium sibi acciverat Musulmannicam complectendo sectam. Sed Argon e contrario Christianis Judæisque magnopere favens, omnem Musulmannis autoritatem, justitiæ ac ærarii curam, & ad se in castra veniendi copiam ademit; dicebantque isti eum velle delubrum Meccense in templum Christianum convertere, ibique idola (sic imagines vocant) ponere.

Hujus, inquam, Principis Legati advenere, quos comitabantur quidam Fratres Minores ab Ordinis sui Ministro Generali Bonagratio in Orientem missi. Papa Nicolaus legatione ingenti gaudio excepta, Cano Argoni scribens gratulabatur desiderium dilatandæ fidei Christianæ, & baptismatis Hierosolymæ accipiendi, postquam ethnicis eam eriperit: monebat tamen, ne baptismum usque eo differret. Dabat 2 Apr. 1288. Terræ sacræ succurrendi cupido fortitan movebat Papam, ut his Legatis plus haberet fidei, quam par erat: nullum enim tam bellæ spei fructum videmus.

§. XLIX.

*Status Regni Hierosolymitani.*

Rex Cypri Henricus II regni Hierosolymitani reliquias tum possidebat.  
Nam

Nam Sicularum seditione in rem suam Sæcul.XIII.  
 versa, Ptolemaidem an. 1286 egregio A. C. 1288.  
 cum exercitu navali veniens eo rece-  
 ptus est, ita ut Caroli Sicularum Re Jord. ap.  
 gis Vicario abeundum esset. Henri- Kayn. 1286.  
 cus eodem anno die Virgini in cœlum n. 33.  
 assumptæ sacro 15 Augusti se tanquam Sanut. p. 229  
 Regem Hierosolymitanum Tyri coronan-  
 dum curavit. Anno 1288 Sultanus Æ-  
 gyptius Tripolim obsessum iit. Is erat  
 Saifeddin Kelaun cognomento Elalfus,  
 qui octo regnabat annos. Septimo de p. 230.  
 cimo Martii ad urbem delatus, vi captam Rayn. 1289.  
 26 Aprilis diruit, & incendit. Ita pe- n. 65.  
 riit antiqua Tripolis, quam nec Saladin, Haiton. t. 52.  
 nec alius quisquam invadere ausus e-  
 rat. Sed post tempus aliquod Elalfus  
 haud procul inde novam construxit ur-  
 bem ejusdem nominis. Rex Henricus  
 Ptolemaide induciis cum Sultano factis,  
 mense Augusto Cyprum repetiit, Emeri-  
 cum fratrem suum custodem urbis re-  
 linquens: & Joannes Grellius Regis ac  
 Syriæ Christianorum nomine Papam Ni-  
 colaum adiit opem flagitaturus.  
 Hierosolymæ sedes sive potius pa-  
 triarchatus titulus vacabat per obitum Sup. lib. 87.  
 Eliæ, cui Papa Nicolaus III eum dede- §. 17.  
 rat: & Nicolaus IV hoc anno 1288 eun- Kayn. 1288.  
 dem contulit Nicolao Anapo Ord. Præ- n. 41.  
 dicatorum tunc in Romana curia expia- Boll. to. 14.  
 tionum Præfecto. In diplomate collati patr. n. 240.  
 muneris 83 c.

Sæcul. XIII. muneris seu tituli 30 Aprilis scripto Pa-  
A.C. 1288. pa sic loquitur: Etiam vacantem modo  
 Ecclesiam Ptolemaidis una cum Hiero-  
 solymitana tibi committimus gubernan-  
 dam, donec posterior bona receperit sua.  
 Nicolaus Hanapus fuit ultimus Hieroso-  
 lymæ Patriarcha Latinus in Palæstina  
 residens: ac post triennium amissa Pto-  
 lemaide vitam posuit. Papa ei legationem  
 per Syriam, Cyprum, & Armeniam  
 detulerat per diploma datum 26 Aug.  
 1288.

§. L.

*Privilegia Fratrum Minorum.*

Papa Nicolaus hoc primo sui pontifica-  
 tus anno Religiosis sui Ordinis com-  
 plura tribuit privilegia. Primum, quia  
 dubitabant aliqui, an illi exempti essent,  
 per diploma Romæ ultimo Aprilis datum  
 eos apostolicæ Sedi proxime subjectos,  
 & omni alia jurisdictione prorsus solutos  
 declaravit, addens, cuncta, quibus ute-  
 rentur, bona, seu possint moveri, seu ne-  
 queant, S. Petri esse propria congruenter  
 Nicolai III diplomati: *Exiit, qui seminat.*  
 Per aliud 6 Maji Reate scriptum statuit,  
 ut Fratres Minores, qui post vota nuncu-  
 pata in alium transierint Ordinem, ad  
 nullum officium, dignitatem vel Præfulis  
 gradum evehi queant sine expresso Sa-  
 cræ

*Vading.*

1288. n. 43.

*Regest. p. 176*

n. 12.

*Sup. lib. 88.*

§. 30.

*P. 177. n. 13.*

cræ Sedis permiffu. In cafu, quo urbes aut alia, quæ incoherent, loca divinis interdita effent, permiffit, ut inter fe confefsi abfolverentur, divinum recitarent officium, & facrificarent occlufis foribus fine pulfu æris campani, nec quopiam admiffio præter Religiofos Ordinis, ftatis diebus communionem facram, & in neceffitate extremam unctionem acciperent. Peculiaria quibusdam Ordinis cœnobiis velut Affifiano, privilegia dedit, vetuitque, ne qui alii Religiofi novam fedem Affiffi, aut prope urbem intra ducentas perticas collocarent, ut ne minuerent ftipem, de qua fratres ac fiores Ordinis S. Francifci viverent.

Sæcul.XIII.  
A.C.1288.

p. 178. n. 15.

p. 174. n. 67.

§. LI.

*Præfcriptum pertinens ad Inquifitionem facram.*

Papa Nicolaus Fratres Minores multis in provinciis adhibuit ad exercendam Inquifitionem facram, fpeciatim in comitatu Vindafcimo fpectante ad Romanam Ecclefiam, ut hæc Gregorii IX, immo jam Urbani II tempore perhibebat.

Hoc in comitatu hæreticos effe, qui alios quoque pervertere conarentur, edoctus Papa Fratrum Minorum per Provinciam feu Saluviorum terram Miniftro Provinciali præcepit, ut inde feligeret

Vales.not.  
Gall. p. 610.  
Spicil. to. 3.  
p. 177.

Vading.  
1288. n. 15.

Reli-

Sæcul. XIII.  
A.C. 1288.

- Religiosum quendam obeundo Inquisitoris muneri parem. In illa regione, id est, in provinciis Arelatensi, Aquensi, ac Embrodunenli dabantur plures alii ejusdem Ordinis Fratres Inquisitores, quibus se consulentibus respondens Papa has
- n. 17. dedit præscriptiones: Hæreticis ad famam adductis fidem, ne recidant, interdicitis sub poena pecuniaria, cujus sponsores exigetis. Si misere relapsi fuerint, hos & illos per censuras ecclesiasticas cogetis solvere: & hæc pecunia apud tres homines fidos, quos Episcopus loci & vos delegeritis, deponetur in procurandam Inquisitionem infumenda. Sic hæc mandata ad res temporales convertebantur.
- n. 19. Si Prætores, Judices, vel Magistratus urbium desides erunt aut difficiles ad exequendas sententias vestras, per anathema eos ad hoc adigetis.
- n. 20. Innocentii IV sanctiones de destruendis hæreticorum domibus comprehendunt etiam turres: & materia ad alios usus est conservanda. Nempe divites in suis ædibus se tuendi gratia turres erigebant: ut etiamnum Tolosæ cernimus.
- n. 21. Si opus fuerit, poteritis postulare suppetias a Prætoribus vel Judicibus proscriptis sine metu incurrendi in anathema: & hi proscripti hoc in casu jurisdictionem suam fidei causa exercere poterunt. Dabat 23 Decembris

cembris an. 1288. Eodem tempore Pa-  
 pa Nicolaus harum trium provinciarum  
 Arelatensis, Aquensis, ac Embrodunen-  
 sis Optimates, horum Administros, &  
 Magistratus coetuum per litteras iussit in  
 sanctionum libros referre leges Impera-  
 toris Friderici II. contra hæreticos, qua-  
 rum exempla seu apographa eis misit;  
 atque, si non parerent, ab Inquisitoribus,  
 eos per censuras ecclesiasticas ad obe-  
 dientiam compelli voluit.

Sæcul. XIII.  
 A. C. 1288.

Rayn. n. 27.

Sup. lib. 83.  
 § 40. 65.

§. LII.

*Concilium Arelatense.*

Eodem anno 1288 Rostagnus II Archi-  
 episcopus Arelatensis suum concilium  
 provinciale habuit in oppido, quod Insu-  
 la ex situ dicitur, ad comitatum Vinda-  
 scimum, ac dioecesim Cabellionensem  
 spectans. Is est Beatus Rostagnus Ca-  
 prius ex sua modestia & charitate in  
 pauperes illustris, qui ab anno priore il-  
 lam tenebat sedem. Huic concilio ade-  
 rant Giraldus Vasionis, N. N. Arausionis,  
 Rindus Carpentoracti, & Bertrandus Ca-  
 bellionis Episcopi quatuor cum Procura-  
 toribus Telonensi, Tricastrino, Massilien-  
 si, & Avenionensi. Promulgabantur de-  
 nuo decreta alias facta, quorum memo-  
 ria evanescebat. Nam multi fuerant an-  
 ni, quibus concilium eadem in provincia  
 cele-

to. II.

p. 1335.

Gall. Chr.

to. I. p. 60.

Chasteb.

Martyr. 23.

Juill.

Sæcul. XIII. celebratum erat; anno nempe 1234 octava Julii sub Archiepiscopo Joanne Bosfano, ut suo loco dixi; anno 1251 sub eodem Præsule; an. 1270 Avenione primum sub Bertrando Malferato; an. 1260 Florentini, & alia tria. Archiepiscopus Kostagnus addidit quasdam sanctiones novas, quarum maxime singularem vide. Comperimus infantes multos esse sine baptismo mortuos ob difficultatem inveniendi patres lustricos ortam ex magnis sumptibus, quas isti facere solerent. Quocirca prohibemus, nequis in posterum propter baptismum donet quidpiam, præter unicam albam; puta vestem candidam susceptum e sacro fonte infantem tecturam.

Cang. gloss.  
Alba.

## §. LIII.

*Carolus II. Siciliae Rex in libertatem assertus.*

Mense Novembri ejusdem anni 1288 Carolus Salerni Princeps, extincti Sicularum Regis filius natu major e carcere, in quo detentus fuerat ab Alphonso Arragonum Rege, emissus est ex pacto Olerone in Bencarnia confecto & conditionibus priore anno acceptis, sed a Papa Honorio repudiatis, nempe ut Siciliam Alphonso relinqueret; ejus pacem cum Papa, Rege Franciæ, & Carolo Valefio

Rayn. n. 16.  
Indic. Arrag.

Sup. §. 39.

Valesio procuraret, pro executionis securitate tres filios suos Ludovicum, Robertum, ac Philippum daret obsides, & ipse in carcerem rediret, nisi pactionem intra triennium præstaret. Liber, inquam, dimissus Siciliae Regis titulum sibi coepit adscribere. Principes filii patris locum sublere: atque hac in captivitate Ludovicus inter eos adultior fundamenta jecit illius virtutis eximiae, ob quam postea in Sanctorum numerum relatus est.

Sæcul. XIII.  
A.C. 1288.

Sub Natalem Christi Romanam in curiam venere Legati Regis Arragonum Alphonsi, quem Papa 15 Martii citaverat, ut intra sex menses se fisteret. Illi pontificio in senatu excusationes sui Domini proponebant. Dixerat autem, se non teneri rationem reddere factorum patris sui; diu ante mortem hujus Principis possedisse regnum; propterea orare, ut eo tranquille frui sibi liceat; denique sua Ecclesiae obsequia offerre. Papa reponebat: Innocentem esse Dominum vestrum quam maxime vellemus. Sed contrarium demonstrat copias in Siciliam assidue mittendo. Non patitur interdictum ibi observari; & Majoricæ Regis Ecclesiae succurrentis terras invasit. Salerni Principem in fontem detinet; ac nullum regni Arragonii jus habet.

Rayn. n. 14.

n. 13.

*Hist. Ecclæs. Tom. XXI.*

T bet,

Sæcul. XIII. bet, quippe quod ad Carolum Franciæ  
A.C. 1288. Regis fratrem pertinet. Aures tamen  
 dabimus Domino vestro, cum venerit, &  
 quod æquum erit, adjudicabimus. Pa-  
 pa necdum audierat Regis Caroli libera-  
 tionem, cujus condiciones rejecit.

## §. LIV.

*Scriptum Gregorii Patriarchæ Con-  
 stantinopolitani.*

*Pachym. l. 8.  
 c. 1.  
 Sup. §. 26.  
 Damaf. de  
 fid. orth.*

Constantinopoli Gregorius Cyprus Pa-  
 triarcha justum ostendere suum a-  
 gendi modum, & Joannis Vecci exilium,  
 præsertim autem volebat aliter, quam  
 iste, exponere locum S. Joannis Dama-  
 sceni, ubi ait Spiritum Sanctum a Patre  
 produci per Verbum. Itaque suadenti-  
 bus amicis suis de processione Spiritus  
 Sancti scriptum composuit ex eorum sen-  
 tentia posteris futurum monumento sa-  
 næ doctrinæ suæ, ac erroris inde defle-  
 ctentium. Hic tomus (sic enim vocabatur  
 a Græcis) in templo recitabatur ex  
 suggestu: & ad quodlibet punctum le-  
 ctor maxima vocis contentione nomina-  
 tim detestabatur illos, quorum errores  
 putati condemnabantur. Imperator An-  
 dronicus, Patriarcha Gregorius, ac E-  
 piscopi huic libello sua subscribere no-  
 mina. Idem Clero imperatum: qui  
 vero

vero magnopere restitit, quia tam male Sæcul.XIII.  
 habitus fuerat, eo quod concordiam cum A.C.1288.  
 Latinis etsi per vim subsignasset, ac si-  
 milem rei conversionem timebat, Grego-  
 rii scriptum a multis improbari videns.  
 Igitur, qui nequiverant adduci, ut sub-  
 scriberent, e cœtibus ecclesiasticis ex-  
 clusi malebant honores ac redditus fun-  
 ctionibus suis assignatos amittere, quam  
 subsignare id, quod non intelligebant.  
 Nam ille libellus S. Joannis Damasceni  
 locum explicans ita loquebatur: Si  
 hoc magno in Theologo legas Spiritum  
 Sanctum a Patre produci per Verbum,  
 his vocibus non vult exprimere proces-  
 sionem Spiritus Sancti ad existendum  
 simpliciter, sed ejus declarationem æter-  
 nam. Hæc autem vocabula tantundem  
 dicere judicabant: ideo pergebant de-  
 tractare subscriptionem. Alii renuere  
 cessabant; sed tum denique, cum Epis-  
 copi scripto promississent se ab ipsis aver-  
 suros omnem exprobrationem divinam  
 humanamque, siquam libellus propositio-  
 nem sanctæ Theologiæ contrariam con-  
 tineret.

Modico post tempore Gregorii liber Pachym.  
 in manus Vecci captivi incidit: qui, quod t. 2.  
 in eo carperetur, respondit acriter per Græc.orth.  
 dissertationes duas, quas habemus. Ibi to. 2. p. 215.  
 arguit Gregorium de introductis novis 252.  
 T 2 hære-

**Secul. XIII**  
**A. C. 1288.**

**p. 224.**

**Pachym.**  
**c. 3.**

hæresibus, ac reprehendit inter alia memoratam modo explicationem S. Joannis Damasceni, confitens æternam Spiritus Sancti declarationem inter ac ejus processionem ad existendum se nullam videre differentiam. Has Vecci dissertationes per Constantinopolim late dispersas sedulo discutiebant tum omnes ii, qui metuebant, ne tam delicata in materia errarent, tum maxime illi, qui Gregorii scriptum non subsignaverant, nisi Episcoporum fidem suam obligantium autoritate nixi. Moscampar Chartophylacis munus deposuerat ob susceptam cum Gregorio inimicitiam, cui æquitatis speciem prætexturus, pariter scriptum ejus impugnare statuit; ac Episcoporum præcipuos, inter alios Joannem Ephesinum quanquam absentem, Daniele Cyzicenum, & Theoleptum Philadelphinum magnum Logothetæ Muzalonis amicicum ad partes adjunxit suas. Gregorianam S. Joannis Damasceni expositionem instar Vecci improbabant, sed alia ratione. Nam vituperabant Gregorium, quod vocabulo *Productor* non eundem sensum, quem voci *Principium* ex more Patrum tribueret. Attamen contra scriptum a se subsignatum sic loqui publice non ausi, quæsitam aliam accusandi Gregorii causam invenere brevi.

Quidam

Quidam monachus Marcus nomine <sup>sæcul.XIII.</sup>  
 Patriarcham, cui pridem tanquam Ma- <sup>A. C. 1288.</sup>  
 gistro suo addictus erat, scripto defendit,           
 quod ille recognitum hic illic sua corre-           
 xit manu. Ita firmatum ejus authori-           
 tate scriptum suum vulgavit Marcus.           
 Erat ibi vox *Productor* in malum Gre-           
 gorii sensum accepta: sed discipulus           
 quam Magister clarius explicare se vi-           
 debatur. Episcopus Theoleptus Marci           
 scriptum Magno Logothetæ legendum           
 tradidit, qui Patriarcham magnæ incu-           
 savit ignorantiae: sparsusque rei rumor           
 usque ad Imperatoris aures pervenit. Is           
 tantos viros de Gregorii scripto conque-           
 ri videns tulit sententiam, ut id corrige-           
 retur. At Patriarcha cum indignatione           
 idem renuit, pro intoleranda habens in-           
 juria se erroris in fide argui. Quapro-           
 pter adversarii eum sui pertinacem ac           
 hæreticum vocabant apud Imperato-           
 rem, seque ab eo disjungebant, quippe           
 qui non per ignorantiam, sed dedita ope-           
 ra deliquisset.

c. 4.

Gregorius aliunde se odiosum reddi-           
 derat per suam rationem agendi cum           
 duobus Patriarchis, Alexandrino &           
 Antiocheno. Athanasius Alexandri-           
 nus tum, cum Gregorius scriptum vul-           
 garet suum, Constantinopoli præsens,         

c. 5.

T 3 acriter,

Sæcul. XIII. acriter, ut subscriberet, urgebatur us-  
 A.C. 1288. que ad minas exilii. Sed hospitem se  
 Ecclesiæ Constantinopolitanæ senten-  
 tias nescire causatus, aliam instantibus  
 confessionem tradidit sua scriptam si-  
 gnatamque manu, doctrinæ Patrum  
 consentaneam, & nihil obscuri, suspe-  
 cti nihil continentem. Patriarcha ve-  
 ro Antiochenus Arsenius solo ex ca-  
 pite, quod ecclesiastica communione  
 Regi Armeniæ conjunctus diceretur, da-  
 mnatus e diphychis deletus fuit.

## §. LV.

*Gregorius loco cedit.*

Igitur Græcis exosus magis magisque  
 Gregorius Athanasio Alexandrino,  
 ut huic cum Imperatore convenerat,  
 abutum suadenti parens, quadam do-  
 minica in oratione ad populum, Mul-  
 tos, aiebat, consurgere in me video:  
 nec possum eis solus resistere, præfer-  
 tim cum Arsenitæ spondeant se paca-  
 tos fore, si discedam. Itaque rei ex-  
 perimentum capiam. At, si fallant  
 promissa sua, eos ardentius insectatum  
 redibo. Sic locutus in monasterium  
 Hodegorum se contulit: neque tamen  
 functiones prorsus omisit suas. Nam  
 con-

c. 6.

consultabat cum Episcopis & Clero; Sæcul. XIII. A.C. 1288.  
 tenebat concilia, dicebat jus: verbo: A.C. 1288.  
 semper suam regebat Ecclesiam, & in  
 precibus nominabatur. Sed offensio  
 non cessabat, inmo crescebat post ad-  
 ventum Joannis Episcopi Ephesini con-  
 tra Gregorium præoccupati: ita ut Im-  
 perator religione impediri se crederet,  
 ne adesset sacro, in quo ille nuncupa-  
 retur. Idcirco adversarii postea ejus  
 nomen suppresserunt in precibus publi-  
 cis, & muneris abdicationem ab eo  
 poposcere, ut alius eligi Patriarcha  
 posset.

Tum Constantinopolim advenit Cy-  
 rillus a sede Tyria ad Antiochenam  
 post Arsenium translatus. Erat vir  
 gravis, probus, & pacis amans, qui  
 venerat (sicut ex Græcorum more ob-  
 strictum se noverat) ut sui translatio-  
 nem a Patriarcha Constantinopolis con-  
 firmari curaret: quod vero tum qui-  
 dem obtinere haud poterat. Honoris  
 causa ei assignata fuit habitatio in  
 cœnobio Hodegorum: & Gregorius  
 transiit ad Latrense S. Pauli hospi-  
 tium. Imperator eum inde accivit E-  
 piscoporum sermonibus permovendum,  
 ut abdicationem muneris scripto da-  
 ret. At ille petiit, ut obsequenti si-

6.7.

T 4 mul

Sæcul XIII.

A. C. 1289

mul suam traderent declarationem, qua orthodoxum agnoscerent. Sic eos difficili nodo implicuit. Videbant enim, tyrannicam fore violentiam, si abdicationem dignitatis ab orthodoxo exigent. Rogabant igitur Imperatorem, ut Gregorium ex præscripto juris iudicandum curaret eo fine, ut vel maneret Patriarcha, si scriptum ejus censeretur erroris expers, vel veniam, si damnaretur, posceret, ac impetraret; sed alius ei sufficeretur. Annuit Imperator, & Gregorius in subeundum consensit iudicium. Designatus est dies ac locus, qui erat grande palatium: nominati sunt Judices; & actores se præparabant. Cum venisset dies, Gregorius eques cum equestri pariter comitatu suo ad palatium se sistens, ad Imperatorem misit, qui diceret, ipsum adesse. Sed Imperator hunc congressum nulli emolumento fore crediderat, rem ita secum reputans: Si Gregorius habebitur reus, tranquillamaget vitam. Si dicetur insons, accusatores ejus arguentur calumniæ; offensio recrudescet; nullus disputandi finis erit. A Gregorio consecrati, si eum declarabunt hæreticum, se infamia cooperient eo majore, quod subsignaverint scriptum, cujus causa eum condemnare

re volent. His inductus rationibus Im-  
 perator eos, qui iudicio debebant inter-  
 esse, haud invitos remisit domum.

Sæcul. XIII.  
 A.C. 1289.

Sed suadebant, ut mitteret, qui di-  
 cerent Gregorio, deponendum ipsi esse  
 officium; in rem ipsius haud fore, si  
 iudicio se exponeret; ipsum declara-  
 tum iri orthodoxum; doctrinam ipsius  
 minime vocari in controversiam; sed  
 unicum Marci scriptum, ab ipso impro-  
 batum Gregorio, publicæ offensionis fuis-  
 se. Historico Pachymero & Quæstori  
 Chumnio id negotii delatum. Tandem  
 Gregorius, ut innocentia suæ declara-  
 tio in conventu publico coram Impe-  
 ratore, Senatuque ac selectis mona-  
 chis fieret, postulavit, se mox dignita-  
 te sua abiturum pollicitus. Hoc Gre-  
 gorii responsum inter illos, qui ab eo  
 desciverant, diffidium excitavit. Ali-  
 qui aiebant fore, ut accepta declara-  
 tione se in sede sua ex ipsorum testi-  
 monio confirmatum credens ulcisci ad-  
 hibitam contra se calumniam studeret:  
 atque ideo persequendum putabant ju-  
 dicio. Alii Gregorium per indulgen-  
 tiam absolvi volebant veluti non tam e-  
 jus opusculo, quam Marci libello offensi:  
 sed poscebant, ut scripto promitteret se  
 protinus cessurum gradu. Sola spon-

c. 8.

T 5 dit

Sæcul XIII.  
A.C. 1289.

dit voce, sed testans Deum, eisque fecit  
fatis. Cum partes priores, quæ Ephe-  
sini & Cyziceni Episcoporum erant, sem-  
per in recusanda Gregorii absolute  
persistenter, succensens Imperator eos  
faceffere suis ex oculis, ac sine cujus-  
quam alloquio ipsorum ædibus inclusos  
hærere jussit, donec novus Patriarcha re-  
nunciatus esset. Tum cæteros in ma-  
gno palatio coram se, universo Senatu,  
Clero, monachis, & populo numerofo  
adesse voluit. Ibi Theoleptus Episcopus  
Philadelphinus omnium Gregorii præ-  
sentis adversariorum nomine loquens  
eum declaravit orthodoxum, natam of-  
fensionem totam in Marci scriptum re-  
jiciens.

## §. LVI.

*Gregorius suam dignitatem exiit.*

c. 9.

Postero die Gregorius per otium com-  
posuit litteras, quibus munere se suo  
abdicans ita loquebatur: Ad patriarcha-  
le solium non meæ, non amicorum præ-  
ces mihi stravere viam. Soli Deo liquet,  
qua id ratione conscenderim. Per spa-  
tium sexennio majus, quo idem tenui,  
ea quæ in viribus meis erant egi omnia,  
ut ad ecclesiam reducerem illos, qui ab  
ea discesserant. Curas vero meas ex-  
cepit

cepit exitus votis adeo adversus, ut cla- Sæcul. XIII.  
 marent aliqui pacem tam optabilem, ni A. C. 1280.  
 recedam, nunquam confectum iri. Non  
 induxi animum contra tales adversarios  
 in gradu me tueri meo. Partes discor-  
 des malui reconciliatas cernere. Pacis,  
 inquam, procurandæ gratia, & offensio-  
 nes animabus tam noxias sublaturus me  
 patriarchatu abdicō. Nec tamen mis-  
 sum facio sacerdotium. Hoc per omnem  
 vitam meam miserente Deo conservare  
 cogito. Nihil enim, quod me inde arceat,  
 mea mihi conscientia objicit. Pace proin-  
 mea novus eligi Patriarcha potest, qui  
 digne functiones agat suas, & divisa Ec-  
 clesiæ membra conjungat iterum.

Has Gregorius litteras dedit sua exa-  
 ratas manu, sed nomine suo non substi-  
 gnatas. Quare quibusdam videbatur  
 velle sedem aliquando suam recipere eo  
 magis, quod abdicati causam muneris  
 non aliam, quam bonum pacis adduce-  
 ret, ita, ut, spes ipsum sua si falleret, re-  
 verti cogitaret, nihil habens, quod se sa-  
 cerdotio indignum redderet. At Impe-  
 rator ac Theoleptus Philadelphinus hu-  
 jus rei agitator præcipuus Gregorium ad  
 exuendum munus inducendo se omnia  
 fecisse rati reliquos esse contentos, nec  
 ab eo quidquam ultra poscere jusserunt.  
 Gre-

**Sæcul. XIII.** Gregorius, postquam cum illis, qui ab longo tempore parum æquis in ipsum erant

**A. C. 1289.**

**G. 10.**

animis, inter alios cum Episcopis Germano Heracleensi ac Neophyto Perusiano a se gradu dejectis in gratiam redierat, concessit in parvum Aristinæ cœnobium spectans ad monasterium S. Andreae, ubi habitabat Theodora Imperatoris cognata, & Radulphi vestiario præfecti vidua; quæ Princeps magnam Præsulis curam gerebat. Sexennium, quod Patriarcha

**Sup. S. 8.**

Gregorius in litteris memorabat suis, ceptum fuerat 11 Aprilis 1283: & quia

**Possin. not.**  
**p. 565.**

se diutius tenuisse sedem aiebat, videtur eam reliquisse sub Junium anni

1289.



HISTO-